

q Confer in
te: se ner-
uis in 2, 3
figuris, sed
magis in ul-
tima.

& carneam membranam deducti, & priusquam brachiale contingant cessantes, perpetuoque secundum inferiorem cubiti regionem seu ulnam exporrecti. Præsens neruus crassitie secundo respondet, ubi is cubitum accedit. Quintus autem neruus tertio congruit, uti etiam secundus, qui priusquam sui portionem tertio offert, crassus uisitur. Atque hi sexto ferè quintuplo crassiores sunt: omnium autem plenissimus est, quem quartum enumeravi: quemadmodum summè etiam gracilis occurrit, qui primus recensebatur.

Neruum
crassities.

QUINQUE PARIUM NERVORVM

è lumborum uertebris prodeuntium series.

Caput XV.

a: si et ult.
fig. cha. 20,
21, 22, 23,
24.
b: fig. cha.
52, 52.
c: 12 tabula
mus. d.
13, 14, r.
d: 14, 14, T.

DORSALIS medullæ lumborum uertebris complexæ^a nerui, in hoc thoracis uertebrarum-neruis magna ex parte conueniunt, quòd à singulis^b rami retrorsum ducantur in musculos uertebris adnatos sparsi. Committitur autem hic uertebris^c musculus humani thoracis motorum quartus, dein dorsum mouentium^{*} undecimus, ac demum^d qui huic subster-nitur decimustertius. Atque his musculis propagines à posterioribus ramis offeruntur, quum illi adhuc reconditi ad uertebrarum spinas ducuntur. Quando autem rami ex mutuo utriusque lateris musculorum connexu, atque ab ipsis spinarum apicibus procidunt, ad latera deuò excurrunt, cuti & musculo præcipuè intexti, cuius ope brachium uersus dorsum humiliora agimus. Anteriores autem horum parium rami in abdominis musculos, ac illum qui brachium uersus dorsum humiliora detrahit, ipsamque ad eam cutem disseminantur, ut & in^e musculus dorsum motus autorum nonum, & eum qui femur mouentium sextus mihi numeratur. Dein à uigesimo primo pari, seu secundo lumborum, una cum seminaria sui lateris arteria perquam^h exiguus surculus ad testem ducitur, si modò à sexti paris neruorum cerebriⁱ ramis costarum radicibus exporrectis, atque in intestina propagatis nullæ soboles ad testes pertingant. nam & ab illis ramis interdum surculos testibus exporrigi animaduertimus. Quinetiam ab anterioribus ramis trium primorum parium ex lumborum uertebris profiliuntium, surculi etiam diffunduntur, qui nuper dictos sexti paris ramos costarum radicibus exporrectos accedunt, illosque adaugent. A tribus uerò humilioribus è lumborum uertebris elabentium paribus, non minimi crus accedunt: qua autem serie in illo digerantur, secundo ab hoc Capite exequar.

NERVORVM E SACRO OSSE PRO-

filientium series. Caput XVI.

a: Spectatur
hæc fig. ca.
18 lib. 1.

b: si et ult.
cha. 25.

c: 1 fig. cha.
54.
d: 9 muscul.
tab. 17.

e: 2 fig. cha.
53.
f: 8 tabu. 1.
g: Confer se-
cunda figu-
ram tertie.

QVAM concinnè Galeni ossis sacri descriptiones inuicem, ac demum^a hominis ossi congruant, primo explicuimus libro, addentes quoque inter sex hominis sacri ossis ossa anteriori & posteriori sedè bina exculpi foramina, adeò sanè ut hominis neruorum series à canum & caudatarum simiarum serie plurimùm discrepet. Ac^b primum quidem par tam in hominibus quam quadrupedibus inter os sacri ossis primum, & infimam lumborum uertebram ea prorsus ratione qua neruorum paria è lumborum uertebris egredientia procidunt, ac mox ab egressu ramum in posteriora non secus atque superiora paria diffundit, qui etiam similiter atque posteriores illorum parium rami, digeritur. Priuatim uerò à posteriori regione primi paris sacri ossis^c propago utcumque insignis in musculos spargitur, ab ilium osse principium ducentes, potissimum autem in^d primum femur mouentium. Dein eius propagationis soboles non pœnitendæ in cutem clunibus obductam deriuantur. Anterioris uerò præsentis paris portio, neruis in crus deducendis permiscetur. Non enim tota in crus absumitur, quum ab illa^e ramus secundum internam ilium ossis sedem exporrigatur, surculos offerens abdominalibus musculis & illi pariter^f musculo, quem ab interna ilium ossis sede pronatum femur mouentium septimum recensui. Gæterùm quinque humiliora paria peculiari procidunt ratione. nam priusquam ex ipso osse elabantur, gemina ab utroque latere sunt, & unus neruus utrobique à singulis paribus in anteriora procidit, & unus item utrobique retrorsum: atque hæc series in hominibus uisitur. In simijs uerò & canibus secus quam in cuniculis, uti tria tantum in illis sacri ossis neruorum sunt paria, sic etiam duo solum inferiora anteriori posteriorisque excidunt. Dein reliqua paria (quæ in canibus & caudatis simijs cernuntur numerosa) ab ossis coccygis lateri-

p 2 bus

bus in eum modum prodeunt, quo ex thoracis & lumborum uertebrae nerui egrediuntur, quum interim ab hominis osse coccyge, ne unus quidem exiliat neruus. Adeo sane ut minime mirandum sit, si ego a Galeni sententia in libro de Ossibus, & in horum neruorum paribus recensendis procul declinem, quum is suis sectionibus fideis simiarum potius quam hominum neruos prosequatur: secus ferè atque in libris de Usu partium, quos ex aliorum sententia multis locis illum conscripsisse nulli non constat, qui sedulo ipsius loca, ac demum simiae sectionem hominis sectioni confert. Quinque igitur sacri ossis inferiora paria neruos in posteriora excidentes ad musculos potissimum digerunt, qui ilium ossis & sacri ossis posteriorè occupant sedem, ex quorum classe in dextro latere est musculus dorsum mouentium^h undecimus, ac deinⁱ decimus tertius, præter membraneum initium^k musculi brachium ad dorsum humiliora agentis, & quartum humani thoracis motorum. Item^l quatuor primi femur mouentium, ac cutis denique clunibus obducta, quæ ipsa quoque propaginibus aliquot ab illis neruis donatur. Anteriores uerò nerui uariè magis digeruntur. siquidem tres superiores, primi paris modo in crus (uti subsequenti narrabo Capite) properant. Duo autem humiliores nerui, qui sexti septimiq; parium propagines sunt, in ani musculos digeruntur. ad hæc, in uteri ceruicem frequenti sobole, uti etiam in uirorum uesicæ ceruicem penem ue, pertinent. Nam uesicæ ac uteri item fundus plerunque^m neruulos ab illis mutuatur ramis, qui à sexto pari neruorum cerebri costarum radicibus sub tunica costas succingente exporriguntur. Terminus uerò dorsalis medullæ ex sexto sacri ossis osse procidens, nerui ritu mihi haudquaquam digeri uisus est, etiam si à quibusdam hunc neruum coniuge carentem uocari non ignorem. In homine tamen, cuius sacrum os quinque tantum efformari uidebatur ossibus, medullæ dorsalis terminus ab osse procidens unum utrinque diffundebat furculum, hac ratione sexti paris sacri ossis uices supplens.

*NERUORVM FEMVR, TIBIAM ET
pedem aduentium distributionis ratio. Caput XVII.*

*Quatuor neru-
uos crus pe-
tere.*



*Primi nerui
series.*

*Secundi ner-
ui series.*

CRURI iuxta femoris initium à dorsum medullæ lumborum uertebrae & osse sacro complexæ neruorum paribus, quatuor nerui offeruntur, à reticulari quodammodo plexu perinde procidentes, atq; præcipuos brachium petentes neruos pronasci iam antea relatum est: quanquam magis uariis in ceruice, quam hinc ad lumbos sacrumq; os implexus uisitur. His neruis non eadem obtigit crassities, multoq; minus par series & ductus. qui enim primus ac tertius recensentur, graciles sunt. Secundus autem duobus illis crassior subinde reperitur, licet interea tenuis quoque sit. quartus uerò illorum trium unà complexorum crassitiem uincit. Primus à suprema parte implexus neruorum in crus pertinentium originem ducit, ubi scilicet tertij lumborum paris (quod ordine uigesimum secundum est) anterior ramus uigesimo tertio pari commiscetur. Neruus hic lumborum incumbens carnis, ac peritonæo substratus, in femur procidet secundum exterius latus tendinis sexti femur mouentium musculi, qui unà cum septimo femoris motuum autore musculo hæc supra coxendicis os ad minorè femoris processum contendit. Simulatq; uerò neruus ille femur contingit, ramum depromit cuti paulo minus quam ad genu usque exporrectum, quæ anteriori femoris sedi uersus externum ipsius latus obducitur. Porro maior præsentis nerui portio in alto latitans, aliquot propagines deriuat primo tibiæ mouenti musculo, qui ab antica sede appendicis ilium ossis principium ducit, dein & septimo tibiæ mouenti musculo, qui à maioris femoris processus radice enascitur, mox quoq; in manu tibiæ motuum autorem, atq; cum illis duobus musculis primi huius nerui gradior portio decliuus ducta, elatius quam genu consistat articulus terminatur. Secundus neruus suum principium inferius quam primus adipiscitur, è regione uidelicet uigesimi secundi paris neruorum dorsalis medullæ, seu è regione articulationis tertiarum lumborum uertebrae cum quarta. Hic neruus peritonæi etiã posteriori regioni subtenus, simul cum uena & arteria per inguina femur petentibus in crus porrigitur, ac mox ab interno ipsius latere ramum deriuat, uenæ ad pedes usq; pollicem attensum, quam ab inguine per internam femoris sedem, ac per genu articulum internamq; tibiæ regionem sub cute ad summum usq; pedem protendi commemorauimus. Atq; ut illa uena uarias soboles in progressu ad cutem illi coterminam diffundit, ita sanè & hic secundus crus petentis nerui ramus anteriori uenæ illius sedi toto ductu contiguus, soboles passim in cutem spargit: inter quas illa est præcipua, quam anteriori genu regioni offert, in eius sedis cutem frequenti ramorum serie disseminatam. Neque sanè oscitanter obaudiendum est, præsentem ramum anteriori uenæ parti exporrigi, ut in eius uenæ sectione, quam mox sub genu aut iuxta interiorem malleolum molimur, scalpellum retrorsum atq; in postero

*h 13 muscu.
ta. r.
i 14 tab. T.
h 9 ta. e.
l 9. ta. n. 10
z. 11. et. e.*

*m 2 fi. ca. 2
1. 4.
n 2, 3 figu.
cha. 56.*

*42 fig. cha.
57, 60, 66,
71. ult. fig.
E, 7, 11.*

*b 2 fig. cha.
57. ult. fig.
E.*

*c 8 mus. ta.
e. z.
d 8 ta. e. cu
A.*

*e 1, 2 fi. ca.
30 li. a. d.
f 2 fig. cha.
58. ult. fi. n.
g 2 fig. cha.
59. ult. fi. n.
h 3 muscul.
tab. z.*

*i stabul. A.
ab v.*

*k 4 ta. e.
l 2 fig. cha.
60. ult. p. 7.
m ult. fi. li.
3 d.*

*n 2 fig. cha.
61. ult. fig.
A. A.
* ult. fi. li.
3 m.*

*o 2 fig. cha.
62.
p 2 fig. cha.
63.*

41 fig. cha. ra impingamus, ne is casu antrorsum actus neruum præsecet. Cæterum ⁹ grandior secundi ner-
 44 ult. fi. i. ui portio simul cum uena ac arteria reconditur, & in musculos anteriorem femoris sedem occu-
 45 mus. ta. pantes quoq; digeritur, præcipuè autem in ¹ quintum femur mouentium, & in ⁸ octauum tibiam
 46 tab. n. mouentium, cum quo etiam secundum internum latus ¹ noni tibiam mouentium musculi deot-
 47 tab. o. sum fertur supra genu articulū, non minus quàm primus neruus cessans, & in progressu mem-
 48 fig. cha. branulis uasa colligantibus exiguas porrigens soboles. ² Tertius neruus secundo succedit, illic
 49 ult. fi. f. enatus, ubi quarta lumborum uertebra quinte articulatur, hîc peritonæo quoq; succumbens,
 50 tab. A. & ³ musculo femur mouentium septimo uectus, ad pubis ossis ¹ foramē contendit, hâc in femur
 51, 52 fig. prorepens. Verum priusquam foramen id superat, ² nono & ³ decimo femur mouentibus mu-
 52, 53 li. v. sculis ramulos porrigit: mox uerò & ⁴ illis musculis, qui à pubis osse pronati penis peculiare
 54 ta. F. censentur. At ubi paulo demissius prorepit, duorum neruorū, quos iam descripsimus, ritu, ⁵ ra-
 55 G, H. mum emittit cuti oblatum, quæ internam femoris sedem iuxta inguina occupat. Dein eius ner-
 56 ta. r. ui ¹ reliquum ramum offert ² secundo tibiam mouenti musculo, ac dein ³ quinti femur mouentis
 57, 58 fi. ca. musculi portioni à pubis osse pronatæ ramum deriuat, supraq; medium longitudinis femoris
 59 li. 2 K, terminatur. ⁴ Quartus cruris neruus tertio quidem ortu subsequitur, at sextuplo etiam crassior
 60 L. est, atq; ex uigefimi quinti ac trium succedentium parium anterioribus ramis potissimum con-
 61 fig. cha. stituitur: non solum omnium neruorum crassissimus, uerum etiam quum hinc à dorsalis
 62 ult. fi. n. medullæ termino principium obtineat, durissimus, pariterq; ualidissimus. Hic neruus perito-
 63 fig. cha. næo quoq; subditus inter sacri ossis latus & ilium os, quâ hæc ossa inuicem dehiscunt, tanquã
 64 ult. fi. o. per ¹ sinum ipsi peculiariter paratum ducitur, & mox ² ramum ex posteriori ipsius fede deriuat,
 65 muscu- qui aliquouisp sub ³ primo femoris motorum latitans, tandem ad cutem procidit, soboles distri-
 66 tab. d. buturus cuti inferiori clunium sedi obtensæ, & illi pariter cuti quæ posteriorem femoris sedem
 67 tab. o, c. ultra medium longitudinis femoris integit. Cutis enim supra genu in posteriori femoris sede
 68, 69 fi. cha. reposita, ab ¹ alia quarti nerui propagine ramulos obtinere mox docebitur. Postquã uerò quar-
 70 ult. fig. tus neruus hunc ad cutem deprompsit ramum, ² alias utcunq; grandes distribuit soboles in mu-
 71 etiam 10 sculorum ³ capita digerendas, quæ à coxendicis ossis appendice principium ducunt, quorum
 72 mus. ta. f. tria tibiæ motibus famulantur, ac tertium, quartum & quintum tibiam mouentes constituunt
 73, 74 fi. ca. p. musculos. Quartum uerò caput femoris motibus peculiare censetur, quintumq; femur moueri
 75, 76 muscu. tem efformat musculum. Quartus neruus hinc inter musculos posteriorem femoris sedem si-
 77, 78 ta. r. et 11 bi uendicantes reconditus, deorsum fertur, ac paulo sub medio longitudinis femoris ¹ ramum
 79 tab. a, u, r. educit in quarti tibiam mouentis musculi ² partem à femoris osse, ac si peculiaris esset muscu-
 80 fig. cha. lus, enatam. Ab hoc ramo propagine in cutem excurrunt humiliori sedi posterioris femo-
 81 ult. fi. f. ris regionis iuxta genu obductam. Simulatque quartus neruus inferiorum femoris capitum
 82 tab. u. radicem spectat, ³ utrinque unam edit propaginem, in ⁴ capita musculorum disseminandam,
 83 fig. cha. qui ab inferioribus femoris capitibus enati, tres primi pedis motores enumerantur. Quando
 84 ult. figu. autem quartus neruus in ¹ sinu consistit, quem duo inferiora femoris capita mutuo dirempta ef-
 85, 86 ta. w, ficiunt, in ² duos crassitie inæquales truncos partitur, à quibus uniuersæ propemodum tibiæ &
 87, 88 fi. ca. 30 pedi item nerui offeruntur. Nullus enim in tibiam neruus procidit à quarto nō diductus, præ-
 89 lib. 1. ter ³ ramū secundi crus petentis nerui interiori femoris & tibiæ & pedis quoq; sedi exporrectū.
 90 fig. cha. Neq; sanè quenquam mirari uelim, quòd quartum neruum non secus quàm si unicus esset, nō
 91 muscu. autem (ut Galenus docet) geminus, secundum totam femoris longitudinem sermone deduxe-
 92 tab. f. u. rim: quū uniuersus in homine unicā obtineat circumscriptionē, & si quis ipsius quā inuestitur
 93 fig. cha. mēbrana unguibus dirempta hunc uelut in duos neruos dirimere proposuerit (quod leui etiã
 94, 95 61. fit negocio, si manū ab ea ¹ sede, qua prope femoris inferiora capita bipartitò scinditur, sursum
 96 fig. cha. ad mediam usq; femoris longitudinem duxeris) etiam licebit in quamplurimos neruos ipsum
 97, 98 76. hac ratione diuidere: quum is aliud nihil sit, quàm plures nerui instar plurium rectorum funi-
 99 fig. cha. culorum protensi, & membranis circumdati. Ac proinde ea ratione qua quis quartum neruum
 100, 101 77. ult. fi. geminum esse contendet, ego illum decem & octo neruis cōflari astruam, quum aliquando tot
 102, 103 84. w. ipsius portiuncule seu funiculi mihi illos studiosè numerāti occurrerint. Quotcunq; uerò quar-
 104 fig. cha. tus neruus constet partibus, in poplite, uti prius dicebam, in duos impares dirimitur truncos:
 105, 106 78. ult. ¹ Exterior, qui & gracilior est, ad fibulæ cum tibiæ osse iuxta genu articulum prorepit, inibi mu-
 107 fig. e. sculis offerēdus. Priusquã autem penitus inter musculos truncus ille reconditur, ² propaginem
 108 ult. fi. r. diffundit externe cuti tibiæ propriam, ac per exteriorē malleolum pedis externum latus ad eum
 109 ta. inter tem, atq; in progressu frequentes soboles spargentem. Ipse autem exterior truncus postquã nu-
 110, 111 84. r. per commemoratam ³ edidit propaginem, inter ⁴ septimum & octauum pedem mouentes mu-
 112 ta. Z. sculos primū occultatur, etiam ⁵ sexto pedem mouentium musculo attensus. Atq; inibi rursus
 113 fig. cha. mox in progressu ⁶ ramum educit, qui errabūdo ductu in cutem dispensatur, anteriori tibiæ re-
 114 ult. fi. v. gioni

Tertij nerui series.

Quarti nerui series.

Qui quartus neruus ueluti pluribus funiculis constare uideatur. Lib. de Admi. dissecti.

gioni obtensam. Quod uerò exterioris huius trunci reliquum est, ad hunc modum inter musculos anteriorem tibiæ sedem sibi uendicantes prorepens, illisq; musculis ramulos offerens, ligamento incumbit, fibulam tibiæ ossi secundum totam tibiæ longitudinem colliganti, ac unà tandem cum tendinibus digitos extendentibus sub^o transuerso huius regionis ligamēto in pedis superiora ducitur, & penitiùs sub tendinibus latitans, digitorum superiori sedi ramos exporrigit. Anteaquam tamen transuersum id ligamentum subit, ramulum deriuat cuti intertextum, qua ipsum ligamentum integitur. At præter eum ramulum¹ magnam sui portionem sub medio longitudinis tibiæ per membranē transmittit ligamentum, fibulam tibiæ ossi colligās, atq; hæc portio² interiori trunco quarti nerui permiscetur, quem pedis inferiora accedere mox dicam. Interior itaq; quarti nerui truncus, qui exteriori multo grandior est, inter capita primi ac secundi pedem mouentium musculorum in tibiā subiens, mox³ ramum diffundit multiplici sobole in cutem digestum, quæ posteriori tibiæ sedi ad calcem usq; obducitur. Quanquam interim ramus ille non uniuersus in cutem absorbetur, uerum ipsius etiam portio^m inter quartum pedem mouentium musculum, & primum quoq; & secundum tantisper fertur, quousq; tres illi musculi uniantur. nam & hîc quoq; portio illa cutem adit. Ipse uerò interior truncus in posteriorem tibiæ sedem penitiùs prorepens, fertur inter quartum pedem mouentiū musculum, & quintum pedem mouentium, duosq; qui à tibiā procedentes digitorum flexui præsumt. Hæc itaq; deorsum tendens, exterioris trunciⁿ propaginem assumit, huc per membranē ligamentum transmissam. Quum uerò hoc interioris trunci reliquum ad tibiæ usq; humiliora contendit, unà cum huius sedis tendinibus per^o transuersum ligamentum inter calcem & interiorem malleolum pedis inferiora petit, musculis inibi repositis distribuendū, ac singulorum digitorū inferiori sedi duos surculos oblaturum. Quot autem hîc reponantur^p musculi, in secundo libro dilucidè commemorauimus. Quando hîc collocari dicebatur, qui quatuor digitorū secundos flectit articulos, & qui quatuor digitos pollicis adducunt, & qui primos quinque digitorum flectunt articulos, & qui pollicem maximè ab indice abducit, & musculus minimum digitum à ceteris remouens. Verum uti in manu quoq; dictum est, nerui his musculis potius attenduntur, quàm innascantur, aut inserantur. Porrò præter hanc quarti nerui seriem, etiam subinde^q inuenies^q exteriorem truncum priusquã pedem contingat cessare, multoq; minus per membranē ligamentum fibulam tibiæ ossi colligans, sui portionem interiori offerre. Imò ab interiori trunco, quum posteriori sedi eius ligamenti exporrigitur, ramum educi animaduertes, qui ligamentum id perforās deorsum fertur, inter musculos in anteriori tibiæ sede positos, ac hinc per transuersum ligamentum in tibiæ anteriori sede conspicuum prorepens, superiori digitorū sedi ramulos communicat. Qua autem administrandi ratione hanc seriem obserues, ad finem septimi libri recensebo: ubi non hanc modò persequare, uerum omnem uenarum, arteriarum, ac neruorum sectionem, quæ ad manus crurâq; potissimū spectant. nam eorum uasorum quæ uisceribus sunt propria, sectionem in trium subsequentium librorum calce priuatim perstringam: quando earum partium, quibus uasa illa committuntur, administrandi rationem pertractabo:

præsenti libro iam colophonem, neruorum non ineleganti delinatione hîc insuta, addens.

NER

f 15 muscal. tab. T.
g 1 muscal. tab. A.
h 1 fig. cha. 85.
i 2 fig. cha. 82.
k 1 fig. cha. 80. ult. fi. 1.
l 2 fig. cha. 81, 82. ult. fi. 1.
m Seruim spectat poste riorē tibiæ sedem u. 13, 14, 15 mus. tabularum.
n 2 fig. cha. 82.
o 2 mus. tabularum.
p Spectat pedes 14, 15 tabularum.
q Hac serie spectatur uti. fig. r uti. fig. a 7.
s ult. fig. a, educitur 1.

[Faint handwritten notes in the left margin]

NERVORVM DELINEATIO, QVAE SEPTEM PARIUM NERVORVM QVI A CEREBRO ET DORSALLIS MEDULLAE INITIO PRONASCPNTVR, ORTVS PRONDONIT, ET DISTRIBVTIONEM SCIENTIJS omnium quae a dorsali medulla in dorso complexa originem ducunt, pulcherrime refert, uti huius figurae characterum Index docedit.

DR. A E S S E N T I figura cerebri una cum cerebello et tribus exortibus eum in modum delineatimus, quasi a calvaria emittantur in ipsius basiha consisterent, ut apperere si quis cerebrum caput in posteriore quam maxime steterit, sicutum retrosumque oculos adharus. *V*ero characterum Index huc character pulcherrime exhiberi possit, figuram a se altero capite brachio ac crure delineamus, praecipue quum eodem utriusq; se ratio.

A. B. C. Cerebri ex altero latere basis notatur, ac *A* indicat partem ipsius ad naturam summam promittendam, nonnullisq; mammillarem processum nuncupatam. *B* vero cerebri partem infimat, amplum calvariae spatium submerentem, qui ad latera sinus consistit, quo glans cerebri primam excipiens reponitur. *C* autem maxime possidem cerebri sedem notat.


D. D. Cerebellum.
E. E. Sinister cerebri processus, organo olfactus subministrans.
F. F. Nervi utriusq; sinistri ortus.
G. H. I. Nervi utriusq; ortus.
H. T. Sinica, in quam utriusq; nervus exolvitur, d' generat ut.
I. Secundum nervorum cerebri partem.
J. K. K. Minor radii tertij partis.
L. Quarta radii tertij partis.
M. Quarta pars.
N. N. Quarta partis gracilior radii.
O. Quinta partis insignior radii.
P. Membra, in quam quintum partem in aditus organo praecipue exolvitur.

Q. R. Maioris quini partis radii propaegines, quorum haec per caelum labitur foramen, illa vero per alium sibi proprium.
S. Sextum nervorum partem.
T. Septimum nervorum cerebri partem. atq; horum nervorum progressus hinc non delineari potuerit, uti elegantissime proponuntur secunda figura huius libri secundo Capiti praeposita.
V. Dorsalis medulla ex cerebri basi modo notata.
V. O. Dorsalis medulla sedes qua calvariam egerit.
1, 2, 3, C. Nervi characteres sibi percutia, duodecim thoracis, quinq; lumborum, et sex sacri ossa indicat nervos, atq; ad hoc triginta nervorum a dorsali medulla proficientium partem, quorum seriem quam potui accuratissime et simplicissime in hac tabula notante delineata expressi. *V*erum quia hic locus exiguum characterum declarationem admittit, non omnes nervorum soboles litteris insignituras sum.

P. Septem transversis sinister nervus, quem circa aliam characterum partem ex quarta, quinta et sexta partium propaeginibus efformari consuevit, et transmittit eandem, sibi adhaerentem, in alio genere, se prius delineatam nervorum series hic delineat et accommodat.
Q. Nervi a quinto parti cui summi bumerum innascitur, et deinde musculo brachii mouent, praecipue distribuitur.
R. Primus brachii nervus, ipsiusq; propaegines hic in cute excurrunt.
S. Secundus brachii nervus, ipsiusq; in anteriorem cubitum, flexuram tunc musculum soboles.
T. Tertius brachii nervus, ipsiusq; propaegines cuius anteriorem brachii sedem indidenti oblatat.
V. Tertij nervi propaegines ad posteriorem musculum cubiti steterunt.
X. Secundi nervi portio tertiam accedens.
Y. Rami secundi capite adiens longioris radii in primum mouentis musculi.
Z. Secundi distributio in duos impares ramos.
1. Minor ramus secundum radii cui ad pollicem usq; exportectus.
2. Major ramus mox in duas propaegines diuisus, quarum series in conspectu est.

e. Tertij nervi soboles in musculos internam cubiti sedem occupantes digresse.
d. Tertij rami radio exportectus, ac deinde pollicis et indicis et medio furculos offerens.
e. Quartus brachii nervus atq; inferius e ramos notat musculus cubiti extendentibus deproprios.
f. Quartus rami internam brachii cutem adiens.
g. Quartus rami externam et posteriorem brachii accedens cutem.
h, b. Quartus rami cuti externae cubiti digressus.
i. Quartus praecipua distributio ad ingressum cubiti.
k, h. Quartus rami radio exportectus, et externae sedis pollicis, indicis et medio soboles offerens.
l, l. Quartus rami ulnae exportectus, et musculus ab externa ipsius sedis de imitione ducentibus ramulos exhibens, ac ante brachiale cessans.
m. Quintus brachii nervus.
n. Quintus nervi series in musculos ab interno brachii ossis tubere pronatos.

o, o. Quintus nervi rami ulnae exportectus, et internae sedis partu digiti et annulati, aliquando et medio ramulos dispersens.
p. Digni modo rami soboles in externam manus sedem respice, ac externae partu digiti sedis et annulati et medio furculos dispersans.
q, q. Sextus brachii nervus, ipsiusq; sub cute tantu distat, series. Quia vero brachii nervorum se exortus, principiorum que plexus, ad ipsa nota praecipue dignoscitur.
r, r, r. Nervi sunt intercostales, illic praecisi, qua cum costis anteriorum sum respiciuntur.
s, s. Rami in posteriora ducti, hic etiam undiq; obliui.
t, t. Huiusmodi serie nervi musculos adunt thoracis ossis instigatos.
u, u. Propaegines indicantur, sexti partis nervorum cerebri rami cum costarum radialis exportectum augetes.



x, x. Propaegines nervorum ex lumborum vertebrae extillantim, quae ab omnibus et huius sedis musculis et cui distillantur.
y. Nervulus exortem frequenter petens, hicq; refoctus.
z. Propaegines sextum femur mouentium aduntes musculum.
a. Primus femur petens nervus.
b. Primi nervi propaegines inter musculos aduntes.
c. Secundus femur petens nervus.
d, d. Secundi nervi soboles per internam femoris et tibiae sedem ad pedis usq; superiora sub cute excurrunt.
e. Secundi nervi propaegines musculus anteriorem femoris sedem occupantibus deproprios.
f. Tertius femoris nervus.
g. Tertij propaegines, internam femoris cutem implicant.
h. Tertij propaegines musculos adiens.
i, i. Quartus femoris nervus, cuius exortus et quae ad tertium superiorum ossis conspiciuntur.
k, k. Series anteriorum propaeginum inferiorum partem et sacro ossis proliantur.
l. Dorsalis medulla extremum.
m. Quartus femur petens nervi propaegines ad caetera musculorum a coxendis ossis dependente producantur, sicut et.
n. Quartus nervi soboles in posteriore femoris cute ad medium usq; longitudo femoris excurrunt.
o. Propaegines praecipue in quartam tibiam mouentium musculum, ac deinde in reliquam posteriorem femoris cutem inter genu digressa.
p. Soboles in musculos ab inferioribus femoris caeteris promotas.
q, q. Quartus nervi duos truncos distat huius ac quidem anteriorem, et vero insigniorem notat.
r. Minoris trunci propaegines, externae tibiae cuti ad partu digiti usq; extremum distilla.
s. Propaegines sibi inter musculos exportectas.
t. Annulus anteriorum tibiae cutem implicant.
u. Grandioris trunci rami internae cutis hinc ad pollicem usq; digressus.
v. Grandioris trunci rami posteriori tibiae sinistri cui exportectus.
w. Grandioris trunci rami, sicut etiam prius etiam sibi hinc quae haec ossa hinc committunt, ac deinde ad digitorum usq; fibrorum excurrunt.
x. Praecipua grandioris trunci portio, interri, b et os et calcem pedis inferiora petens, sicut et usq; digitis furculos offerens.

LIBRI QVARTI FINIS. P 4

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



BRUXELLENSIS, DE HUMANI CORPORIS FABRICA LIBER QUINTVS, ORGANIS NVTRITIONI quæ cibo potuque fit, & dein propter partium connexum, ac uiciniam instrumentis generationi famulantibus dedicatus, & omnes sibi peculiare figuras seriatim simulque mox in initio ostendens, quo minus eadem figuræ plerisque Capitibus passim præponendæ ueniant,

PRIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



PRIMÆ FIGVRAE EIVSDEMQUE CHARACTERVM INDEX.

PRÆSENTI figura tanta humani corporis portio delineatur, quanta ad peritonæi sedes ostendendas sufficit: exprimitur itaque hac figura anterior peritonæi sedes, sectionis serie ab octo abdominis musculis libera, nullaque ex parte dissecta.

A, A, B, C, D His characteribus peritonæum insignitur, quodammodoque hac figura terminatur.

E, E Linea à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubis usque ossium commissuram procedens, cui oblique descendentium & ascendentium, & transuersim procedentium abdominis musculorum nervosae tenuitates pertinacissime connascuntur.

F Umbilicus, quem inter dissecandum etiã ademptis abdominis musculis, gratia opportuna umbilici uasorum demonstrationis, reseruare solemus.

G Seminaria sinistri lateris uasa suis membranis, quas à peritonæo mutuantur, adhuc obuoluta.

H Seminaria dextri lateris uasa.

I Vena ac arteria, quæ potissimum inferiori sedi rectorum abdominis musculorum exporriguntur, quorum & hic quoque propendet portio.

K Vena & arteria, quæ sub osse pectoris exporrectæ, in anteriorem abdominis sedem prolabuntur, præcipue rectorum abdominis oblata musculis, ac superiorè abdominis sedem uniuersam quoque implicantes: quemadmodum illæ quas *I* insigniuimus, humiliorè & pubis ossibus uiciniorè implicat.


L Venarum

L Venarum soboles in peritonæi latera excurrentium, ac ab illis uenis deductarū, quæ aut à coniuge carente uena, aut geniculatim à caua pronascuntur, quæ ipsius caudex lumborum uertebri colligatur.

M Transuersi abdominis musculi portio à peritonæo diuulsa, retrorsumq; flexa.

N Ilium ossis sedes hic nuda conspicitur, cui obliqui transuersiq; abdominis committuntur musculi. Verum quum præsentis figura, uti etiam subsequenti omnibus, ea duntaxat organa explicare uisum sit, quæ hoc pertractabuntur libro, non est quod illas quoq; indicem partes, quæ figuris ob hoc adduntur, ut describendæ partis sedes in conspectu promptior esset: cuiusmodi in hac figura est, thoracis inferior sedes abdominis musculis libera, & femorū initia cute duntaxat denudata.

SECUNDA QVINTI LIBRI FIGVRA.



SECUNDÆ FIGVRAE, EIVSDEMQUE CHARACTERVM INDEX.

H A E C figura primam sectionis serie subsequitur. hic nanque peritonæum recta linea à pectoris ossis mucronata cartilagine ad pubis usque os ita diuisum est, ut umbilici uasorum nullum uitauerim: dein transuersa sectione à sinistro ilio ad dextrum ducta, quatuor peritonæi anguli ab anteriori corporis sede in posteriora reflexi conspiciuntur. Præterea umbilici quoque una pars cū ipsius uasis, quæ peritonæo prius connectebantur, oculis subiacet. Ad hæc præsens figura iecoris portionē, & uentriculi sedem, ac omenti intestinis obducti sitū indicat, quem omentum obtinet, quum manibus ipsum uersus pubis os inter dissecandum trahitur, si quando sursum uersus sinistrum latus (uti plerunq; accidit, ac sequenti figura occurret) retractū adinuenitur.

A, B, C, D Quatuor peritonæi partes dissectæ, atq; in posteriora reflexæ, adeo ut interna anterioris

ris peritonæi sedis regio hic ex sectionis serie in conspectum uenerit.

E Umbilicus à peritonæo liberatus.

F Vena ab umbilico in iecur porrecta.

G Venæ umbilici in iecoris rimâ ingressus.

H, H Portio iecoris ex gibba ipsius sede apparens.

I Præcipuum ligamentum iecur septo transuerso cōnectentium, quod uersus dextrum latus mucronata cartilaginis consistit. Scutum enim id ad sinistrum I latus conspicuum, mucronata est pectoris ossis cartilago.

K Dextra arteria ab umbilico secūdum dextrum uesicæ fundi latus ad magnā prorepens arteriā.

L Sinistri lateris arteria ab umbilico secundū uesicæ sinistrā sedē, ad magnā exporrecta arteriā.

M Meatus, quo à uesicæ fundo fortis urina in secundam fortum inuoluentem tunicam expurgatur.

N Vesicæ fundus.

O Peritonæi ad uesicæ fundum nexus.

P Ventriculi anterior pars, quæ neq; iecore, neq; omento obtegitur. Hæc sedes ob hoc amplior apparet, quod uentriculus quem hic depinximus impensè inflatus fuerat: quemadmodum & huius cadaueris uesica paulo quoq; elatius solito, supra pubis ossa elatiori sua parte efferebatur.

Q, Q, Q Omentum.


R Vena & arteria simul cum ueruo dextræ sedi inferioris partis uentriculi exporrectæ.

S Sinistri lateris uasa, quæ sinistram fundi uentriculi sedem amplexantur.

T Hac sede dextri lateris uasa sinistris committuntur, ac proinde etiam R, T & S suturam indicāt, cuius Aristoteles tertio Historiæ de animalibus libro, ut & quarto de Animalium partibus meminit, quum à medio uentre omentum oriri dependereq; asserit.

X, X Venarū arteriarūq; propagines superiori omenti membranæ exporrectæ, adipeq; cinctæ.

TERTIA QVINTI LIBRI FIGVRA.



TERTIA figura secundam administrationis ordine subsequitur, ac humiliorem omenti membranam à superiori diuulsam laceratamq; gerit, ac superior quidem super thoracis anteriora & uentriculum quoque extensa est. Dein uentriculum etiam uersum ad pectus ex sua sede tractus uisitur, ut humilioris omenti membranæ natura in conspectum per opportunè ueniret: quam eousq; intestinis adhuc obductã cernis, quousq; omentum subinde sursum sinistrorsumq; collectum dissecantibus occurrit. Præterea in præsentī figura intestinorum situs turbatus iacet, uti & lien quoq; cuius pars hic etiam oculis subijcitur.

K.L. M.N & O eadem hic atq; in secunda figura notantur. nam **K** indicat umbilici arteriam dextram, **L** uerò sinistram. **M** meatum, quo foetus urina in secundum ipsius inuolucrum excernitur, quiq; hic, ut & arteriæ, abtruncatus conspicitur. Cæterum **N** uesicam notat: **O** autem peritonæi cum anteriori uesicæ sede connexum. Atq; in hac figura peritonæi angulos, qui secunda figura **A, B, C & D** insigniti erant, rescuimus.

a, a Superioris membranæ omenti, quam & alam superiorem nonnulli appellant, posterior sedes, qua inferiorem membranam integro adhuc omento spectat.


b, b Extuberans hæc sedes uentriculus est, superiori membrana omenti tectus.

c, c Omenti humilior mēbrana, quæ nonnullis humilior ala nuncupatur. Cæterum extuberans pars, cui duo superiora **c & c** inscribuntur, colum est intestinum, quæ uentriculi exporrigitur fundo, ac inferiori membrana omenti, uice mesenterij utitur.

d Hic lien etsi omento obducitur, protuberans sese ostendit, ad quod etiam pellucida omenti iuuat substantia.

Inferior omenti membrana hic modò quæ uentriculo subijcitur, quàm pluribus notanda erat characteribus: uerum quò minus illam characterum copia obliterarem, eos in subsequenti figura ponendos duxi. præcipuè quum leui opera lector eosdem characteres utrisq; figuris inibi adhibitos fingere possit, ubi ambæ idem exprimunt.


Q V A R T A Q V I N T I L I B R I
 F I G U R A.



HAC figura omentum suis quibus adnascitur, aut potius à quibus initium ducit, membrís liberum, & nulla interim parte diuulsum delineatur, integraq; ipsius constructio & præcipue uenarum, arteriarum & neruorum per ipsum series, & glandulosa corpora ipsi innata com-
 monstrantur. Quàm concinnè uerò omentum sacculo, aut peræ, aut minoribus piscatorum reti-
 bus assimilatur, hac quoq; figura discitur.

- e,e Omenti circulus, seu orificium, quo initium ducit.
- f,f,f Omenti superioris membranæ anterior facies.
- g,g Inferioris omenti mēbranæ anterior facies. at hæc nō integra ut superioris membranæ anterior facies hic conspicitur, quum inferioris membranæ sedes tantum in conspectu sit, quæ uentriculo substernitur, atq; ad colon usq; intestinum, quæ id uentriculo exporrigitur, pertinet. Reliqua enim inferioris membranæ pars superiori membrana occultitur.
- h,i,k Tribus his characteribus ad sinistrum latus inferioris membranæ omenti positis, omenti constructio insignitur. Nam h omenti partem notat membranæ, uenis arterijsq; & adipe quoq; carentem. i uerò uasa indicat, k autem adeps uasis attenuatus adnatus ue exprimitur. Atq; ut hos characteres hac omēti parte reposui, ita etiã quauis ipsius sede eas potuisse collocari, nemo ambigit.
- l Venæ portæ caudex quæ ex iecore prodiens inferiori mēbrana omenti continetur ac suffulcitur.
- m Arteria iecoris cauum & bilis uesiculam petens, neruoq; concomitata qui à dextri lateris sexti neruorum cerebri paris nerui ramo, dextri lateris costarum radicibus exporrecto depromitur, ac iecoris cauum bilisq; uesiculam adit.
- n Principium uenæ inferioris uentriculi orificij posteriorem sedem potissimum accedentis, & arteriam habentis coniugem.
- o,o Arteria & uena & neruus, secundum superioris omenti membranæ principium, dextræ fundi uentriculi sedi exporrecti.
- p,p Illorū uasorū quæ dextræ fundi uentriculi sedi exporrigitur surculi, corpus uentriculi implicantes.
- q,q Dictorum iam uasorum quæ fundi uentriculi dextræ sedi exporrigitur propagines, in superiorem omenti membranam sparsæ.
- r Vena arteriaq; duodeno intestino & ieiuni intestini principio exporrectæ, neruulumq; socium frequenter admittentes.
- s Portæ uenæ in duos truncos bipartitio. quòd uero uenas r & o indicatas hic elatius quàm in mīda portæ uenæ figura tertij libri quinto capiti dedicata, delineauerimus, in hoc factum putatò, quòd earum uenarum ortus in hunc modum subinde uariet.
- t Dexter seu grandior uenæ portæ truncus, in mesenterium adeoq; intestina excurrens.
- u Vena in posteriorem uentriculi sedem citra arteriæ consortium excurrens.
- x Vena cum arteria et neruo in dextram inferioris membranæ omenti sedem sparsa, ac colon quòque intestinum hac parte accedens.
- y Vena simul cum arteria in uentriculi posteriora excurrens, & tandem coronæ ritu superius uentriculi orificium amplectēs. uerum huius uenæ arteriæq; tanta duntaxat delineatur portio, quanta inferiori membrana omenti sustinetur.
- z Hic nonnihil grandior mesenterij arteria se offert, etiamsi minimo interuallo inferiori membrana omenti suffulciatur.
- β Trūcus est arteriæ, q inferiori omēti mēbranæ intertextus, uentriculo, iecori, bilis uesiculæ, colo quæ id uentriculo exporrigit, ac dein lieni ramos depromit, neruosq; has partes adēutes comitat.
- γ Vena simul cū arteria et neruo mediam potissimum sedem subiens inferioris membranæ omēti, & ramos quoq; offerens colo intestino quæ ad uentriculi prorepat fundum.
- δ Vena coniugis arteriæ expers, quæ sinistra sedi inferioris omenti membranæ pauculas soboles, ut & ipsa gracilis est, diffundit.
- ε Venarum, arteriarum & neruorum in lienem series.
- ζ Vena pariter cum arteria neruoq; uentriculi fundi sinistra sedi exporrecta.
- η Glandulosum corpus inferiori membranæ omenti innatum, quod uulgo uocant Brisauolo, Dulcem morsum seu bolum, Buccam saporitam, Rodol.
- θ Glandulosi corporis portio, quod duodeno intestino subnascitur.

ANDREAE VESALII BRUXELLENSIS
SEXTA QVINTI LIBRI FIGVRA.




SEXTAE FIGVRAE INDEX.

*I*N sexta quinti libri figura sectionis serie tertiam subsequente, iecur uentriculus & intestina proprias seruant sedes, omento interim qua à uentriculo enascebatur, coloq; intestino continuuum erat, prorsus resecto, ne forte id relictum alicuius organi sedem obliteraret. Præterea, ut singula opportunius oculis subijcerentur, costarum aliquot fines (uti inter pingendum factum est) effregimus, ipsas unà cum peritonæo septoq; transuerso illis connato in posteriora reflectentes.

*V*esica autem hic respondet tertiæ ac secundæ figurarum uesicæ. Cæterum quia præsentis figuræ characteres magna ex parte cum duabus nunc succedentibus communes sunt, non abs re erit ante illius indicum explicationem, quid his designetur, sermoni adijcere.

HAC figura tenuium intestinorum ductum duntaxat delineauimus, aliqua etiam uentriculi et coli intestini simul cum caeco asseruata portione, ut facile praesens figura iam subsequenti adaptetur. Quod autem coli intestini initium paulo magis quam par sit, ab ipsis tenuibus intestinis abductum uideatur, in hoc factu arbitrator, ut sola gracilia in conspectum accuratè uenirent. potissimum quum coli intestini circum tenuia situm ingressumque sexta figura pulchre proponat.



OCTAVA QVINTI LIBRI FIGVRA.

PRÆSENTI figura caeci intestini & coli & recti imago ductusque demonstratur, una cum ilei intestini extremo, & musculis recto intestino proprijs.



CHARACTERVM SEXTAE, SEPTIMAE ET OCTAVAE figurarum Index.

SUBSEQUENS modo characterum Index sextae, septimae & octauae figuris communis est. si quis uero interim character harum alicui peculiaris sit, illum pro figura numero aut 6 aut 7 aut 8 insigniturus sum: characteres autem, quibus huiusmodi nulla subiungetur notula, tribus figuris communes censebis.


- A 6 Mucronata pectoris ossis cartilago.
- B, B 6 Peritonaeum una cum disruptis costis, illisque adnato septo retrorsum atque in latera flexum.
- C 6 Primarium ligamentum, quo iecur humanum septo colligatur.
- D, D 6 Iecoris gibbi magna sedes.
- E 6 Portiuncula uenae ab umbilico iecori insertae.
- F, F 6 Ventriculi anterior sedes.
- G 6 Lienis sinistrum latus, seu ipsius pars in corporis anteriora uergens.
- H 7 Ventriculi portio, quae inferius uentriculi constituit orificium, seu intestinorum principium quod hic chordula ligatum finximus.

- I, K** 7 Pars intestinorum ab I ad K protensa, uulgate nomine nunc duodenum intestinum, nunc intestinum duodenum digitorum longitudine, mihi uocatur.
- L** 7 Ieiuni intestini initium, graciliumque intestinorum sedes, ubi primum in anfractus conuolui atque antorsum assurgere incipiunt.
- M** 7, 8 Ilei intestini terminus, & gracilium intestinorum finis. uerum quoniam nam sede ieiuni intestini terminus, aut ilei intestini principium sit ponendum, augurari nequeo, quum toto ductu qui ab L in septima figura in eadem & octaua ad M usque pertinet, nullibi discrimen commonstret, quo ieiunum ab ileo liceret interstinguere.
- N** Extuberans crassorum intestinorum initium.
- O** Hoc intestinum mihi caecum nuncupatur, non admodum contententi an quis eo nomine aliam crassorum intestinorum partem donari uelit: modo is non adeo nominum sit studiosus, ut illorum occasione ea in intestinorum fabrica spectare negligat, quae in partium aliarum constructione sedulo inquirimus.
- N, P, Q** R, S, T, 6, 8 Colum intestinum his characteribus insignitur, uerum singuli priuatim aliquid notant. N enim ad P usque coli intestini ductum notat, a dextri renis sede ad iecoris usque cauum pertinentem. A P uero ad Q coli ductus notatur, secundum uentriculi fundum a iecoris cauo ad lienis usque regionem protensus. A Q autem ad R ductus coli insinuatur, a lienis regione ad pubis os, secundum sinistram ile procedens. Caeterum ab R ad S (quod in 8 priuatim uisitur) coli indicatur ascensus anfractusque, quem sursum ad umbilici usque regionem molitur. At S ad T usque progressum notat, dicti nunc ascensus ad recti intestini initium.
- V, V** 6, 8 Depressa coli intestini sedes.
- X, X** 6, 8 Coli intestini utrinque extuberantes semiglobuli, quos cellulas uulgo uocat.
- Y** 6, 8 Recti intestini initium. Quicquid uero sub Y consistit, rectum est intestinum.
- Z** 7 Portio meatus bilem in intestina perferentis.
- a** 8 Musculus recti intestini finem orbiculatim amplectens, faeciumque excretioni praefectus.
- b, c** 8 Duo musculi rectum intestinum post faecium excretionem sursum alacriter contrahentes.
- d** 8 Hac sede rectum intestinum uirorum peni & mulierum uteri ceruici interuentu musculosa substantia connascitur.
- e, f** 6 Duae arteriae foetui peculiare.
- g** 6 Hoc caractere uesicae fundus indicatur, uti & meatus quo foetus urina expellitur, quemque hic ut & nuper commemoratas arterias ab truncatum finximus.

NONA QUINTI LIBRI FIGURA, CUIVS
VTI ET EIVSDEM CHARACTERVM INDICEM
hic lateri adhibuimus.

- HAC** figura recti intestini & coli quoque quae id recto continuatur, partem expressimus, intestinorum tunicas demonstraturam.
- b** Prima intestinorum tunica, quae & intima est, ac solis transversis circularibus ue confirmatur fibris.
- i, i** Secunda intestinorum tunica, quae transversis quoque efformatur fibris. attamen rectis quoque eo donatur pluribus, quo recto intestino uicinior est.
- k, k** Mesenterij est portio, quae rectum intestinum ossi sacro committit, ac tertiam ipsi exporrigit tunicam.
- L, L** Tertia intestinorum tunica, a mesenterij pronata membranis.





DECIMAE FIGVRAE EIVSDEM QVIBUS CHARACTERUM INDEX.

VT praesens figura mesenterij situm quam appositissime oculis subijceret, gracilia intestina undecunq; ad latera sursum deorsumq; inuicem manibus diducta continet, ac proinde mesenterij co monstrat centrum, et rationem qua mesenterium intestinis uasa porrigit, intestinaq; dorso connectit. Ad haec, eius quoque mesenterij partem ostendit, quae coli finem & rectum quoq; intestinũ dorso alligat. Succedit uero haec figura sectionis serie illi quam sextam locauimus.

A, B, C, D Portiones peritonæi, aperto iam abdomine in latera extrorsum flexæ.

E, E, E Tenuia intestina.

F Cæcum intestinum.

G, G, G Colon intestinum.

H Recti intestini initium.

I Vesica, cui peritonæum ea potissimum sede connascitur, ubi alteram ipsi offert tunicam.

K Mesenterij centrum, eaq; dorso pars qua id a peritonæi membranis initium ducit. quæ magnam arteriam & cauiam uenam hic uertebrae corporibus adnectunt.

L, L Corpus glandulosum, mox in ipsa uasorum distributione positum, quæ mesenterij centro inseruntur.

M, M Glandulae uasorum distributionibus interiectae, quae uasa in ipso per mesenterium ad intestina moliuntur progressu.

VNDECIMA QVINTI LIBRI
FIGVRA.



VNDECIMAE FIGVRAE EIVSDEMQUE CHA-
racterum Index.

- H I C* duntaxat ipsum delineatur mesenterium è corpore exemptum, omnibusq; partibus ipsi connatis liberum, præterquam ab inferioris membranæ omenti portione, qua colon dorso inibi colligatur, ubi secundum inferiorem uentriculi sedem id procedit.
- K* Character *K*, ut & in decima figura, mesenterij indicat centrum.
- L, L* Hi quoque characteres similiter atque in decima glandulosum corpus notant, totius mesenterij maximum.
- M, M* Glandulae notantur illis interpositæ uasorum dissectionibus, quæ iam intestinis appropinquant.
- N, O* His characteribus mesenterij circumscribitur pars tenuia intestina dorso alligans.
- P* *P* ad *Q* usq; mesenterij indicat portionem, colon intestinum dorso affirmantem, qua id à dextri renis sede ad cauum usq; iecoris protenditur.
- Q* *Q* ad *R* usq; inferioris omenti membranæ partem notat, quæ colon tota illa sede dorso committit, quæ id secundum uentriculi exporrigitur fundum.
- R* *R* ad *S* usq; mesenterij insinuat portionem colo intestino tota ea sede propriam, qua id à lienis regione ad rectum usq; intestinum pertinet.
- S, T* Quod *S* & *T* intercluditur, mesenterij pars est rectum intestinum dorso neclens.
- V* Hac sede mesenterij naturam exprimere conati sumus, quandoquidem unam mesenterij membranam ab altera unguibus diuulsam pinximus: ut *X* nimirum una sit, altera uero *Y* inscribatur. Atq; in harum membranarum medio mesenterij uasa excurrunt, & ipsius adeps, ut & glandulae etiam continentur, quemadmodum quoq; in uigesima quarta huius libri figura est cernere.

DVODECIMA QVINTI LIBRI FIGVRA, QVAE
IAM PRAEPOSITIS INTEGRIS FIGVRIS SECTIO-
nis serie succedit. Habet enim dissectū peritonæum, & omentum quoq; in hac ablatū est, & hic
costas aliquot etiā effregimus, quò iecoris cauū opportunius delineari posset. Hic namq; conspi-
citur uniuersum iecoris cauū, ipsiusq; iecoris forma. Dein uētriculi quoq; apparēt orificia. Inte-
stina autē perinde ac uentriculū in sinistrū latus depressimus, ut in cōspectu esset mesenterij pars,
ac uenæ portæ in ipsum series: dein bilis meatus in intestinū insertio, et si quæ sint reliqua quæ cha-
racteribus seriatim adnotabimus, mox atq; quid decima tertia ostendat figura, expresserimus.



DECIMATERTIA QVINTI LIBRI FIGVRA,
NVDAM BILIS VESICVLAE EIVSDEM QVÆ
meatum delineationem exprimens.



CHA

P R A E S E N S characterum Index duodecimae & decimae tertiae figuris ideo habetur communis, quod cauam iecoris sedem plerisque characteribus quibus decimae tertia occupatur insigniri licuisset, nisi characterum copia delineationem fuisset uitiatura. Quum itaque character occurreret duo decimae figurae peculiaris, illi 1 subiungemus, illis qui decimae tertiae priuatim inscribuntur 2 adiecturi. Si uero quis utrisque figuris simul communis erit, illi 1 & 2 addetur.

- H, H₁** Peritonaei una cum costis euersi portio. **I, K₁** Cauum iecoris.
L₁ Portiuncula gibbi sedis iecoris. **M₁** Iecoris sectio, cui foetum ales uena primum inseritur.
N₁ Rimae ac impressiones & tubercula in iecoris cauo iuxta uenae portae exortum conspicua. **N** uero superius, seu sinistrum, seu ipso **T** uicinius, sedem indicat, qua ab umbilico procedens uena iecoris cauo ubi portae caudex prodit, inseritur. **Ab M** enim ad **N** usque foramen notatur, quod liberè quodammodo umbilici transmittit uenam ad sedem **N** insignitam. (colligās.
O₁ Ligamentum sinistram iecoris partem (quae in angulum quodammodo acutum desinit) septo transuerso hic
Φ₁ Sinus iecori hic incisus, ac stomacho cedens, ubi is superiori uentriculi orificio continuatur.
P, Q₁ Venterculus.
R₁ Ventriculi superius orificium, seu stomachi finis, una cum uenis, arterijs, & neruis id orificium amplexantibus.
S_{1,2} Humilius uentriculi orificium, ipsiusque duodeni intestini initium, quod in duodecima figura secus atque secundum naturam se habet, ad interiora refleximus, ut in conspectum ueniret bilis uesiculae meatus in ipsum insertus, ac mox c notandus.
T₁ Nerus a neruis elatus uentriculi orificium implicantibus eductus, iecorisque cauo insertus.
V₂ Bilis uesicula. Haec in utrisque praesentibus figuris est conspicua. uerum priuatim illam duntaxat in decimae tertia characterem notauimus, ac proinde primum decimae tertiae, ac dein duodecimae mentem hic & in subsequentibus aliquot characteribus accommoda.
X, X₂ Meatus bilis uesiculae per iecoris corpus exporrecti, inter portae uenae et cauae ite uenae ramos.
Y₂ Venae portae propago in iecoris substantiam diffusa.
Z₂ Venae cauae propago in iecoris substantiam digesta. **V**olui enim hic exprimere uasorum in iecoris substantia situm, qui scilicet portae uenae rami propaginibus cauae subijciantur, et quoniam pacto in horum medio bilis uesiculae meatus excurrant.
a₂ Concursum meatum bilis uesiculae, qui in iecoris corpus digeruntur.
b₂ Uesiculae bilis ceruix, cui meatus ex iecore ductus ac a notatus inseritur, communisque efficitur.
c_{1,2} Bilis uesiculae meatus in duodenum intestinum insertus. ac **S** ad **d** usque in decimae tertia figura duodenum denum indicat intestinum, quod humiliori sede apertum finimus, ne meatus illius c notati insertio lateret.
e₂ Arteria in iecoris cauum & bilis uesiculam digesta.
f₂ Neruulus iecori & bilis uesiculae communis, & a sexti paris neruorum cerebri propagine depromptus, quae dextri lateris costarum exporrigitur radicibus.
g₂ Tenuis portae uenae propagines, in bilis uesiculam excurrentes.
h₁ Portae uenae caudex. (stinet.
i, i₁ Glandulosum corpus, quod duodeno intestino adnascitur, uasaque ipsi exporrecta opportune sub-
k, l, m, 1 Mesenterium. **V**erum singuli characteres priuatim quid indicant. **k** enim uenae portae dextri seu grandioris trunci distributionem in mesenterium notat. **l** uero, glandulosum corpus in mesenterio primis uasorum distributionibus praefectum. **m** autem, mesenterij insinuat partem, cui colon intestinum tota illa sede committitur, qua a dextri renis sede ad iecoris usque cauum pertinet. Hic namque colon intestinum a mesenterio diuulsum est, quo mesenterij centrum aptius delinearetur.
n₁ Vena quae sub posteriori recti intestini sede deorsum protenditur, ipsique recto intestino uenas
o₁ Uesicae fundi superior pars etiam hic est conspicua. (porrigit.
p₁ Quod hic extuberat dexter est ren, sua pingui membrana adhuc obiectus.
q₁ Meatus urinarius, a dextro rene urinam in uesicam deducens.
r₁ Vena ac arteria seminales dextri lateris.
s₁ Vas semen a dextro teste uersus ceruicis uesicae initium perferens.

DECIMAQVARTA QVIN
TI LIBRI FIGVRA, AN
teriozem integri uentriculi & stomachi
faciem exprimens, unà cum uenis, ar
terijs & neruis uentri
culo insertis.



DECIMAQVINTA QVIN
TI LIBRI FIGVRA, IN
tegri uentriculi & stomachi postero
rem exhibens faciem.



CHARACTERVM DECIMAEQVARTAE ET DECI
mae quintae figurarum Index.

CHARACTERES hoc Indice explicandi partim utriq; figuræ communes
sunt, partim nunc huic, nunc illi peculiare: ac proinde communes 1 & 2 indicabimus. peculiari
bus uero decimæ quintæ figuræ characteribus, hæc 1 subijcietur, decimæ sextæ autem hæc 2.

A_{1,2} Stomachi pars in fauces orisq; adeo amplitudinem pertinens, hic à faucibus præsecta cernitur.
A, B_{1,2} Ab A ad B usque ductus stomachi notatur, recta per mediam uertebrae ceruicis &
quatuor superiorum thoracis sedem descendens.

A'B

- B, C_{1,2} A B ad C usq; ductus stomachi in dextrum latus super quintam & aliquot sequentes thoracis uertebras modicè declinans.
- C, D_{1,2} A C ad D usq; stomachi ductus insignitur ex dextra sede uersus sinistram, supra magnam cõscendens arteriã, & per septum transversum in uentriculi superius orificiũ G notandũ pertinēs.
- E, E₁ Duæ tonsillæ, quæ non procul à stomachi sede in oris cavitatem pertingente distant.
- F, F_{1,2} Glandulosum corpus stomacho frequēter adnatũ, qua quintæ thoracis uertebræ corpori insidet.
- G_{1,2} Superius uentriculi orificium. H_{1,2} Inferius uentriculi orificium.
- I_{1,2} Superior uentriculi pars. K, K_{1,2} Ventriculi demissior pars seu fundus.
- L, L₁ Anterior uentriculi sedes.
- M, N, O₂ Posterior sedes uentriculi. Verũm singuli characteres aliquid priuatim indicant. O enim impressionem notat quam uentriculus ea sede exigit, qua uertebris innititur. M quidem prominentiorem sinistri lateris partem, N uero partem dextri lateris prominentiorem.
- P_{1,2} Duodenum intestinum, quod hic ad icium intestini principium resectum finximus.
- Q₂ Bilis uesiculæ meatus, in duodenum intestinum insertionem tentans.
- R₂ Hic character in interna dicti nuper intestini sede uisitur, insertionem meatus illius notans, quem modò Q insigniui.
- S₂ Glandulosum corpus duodeno intestino subnatum, uasaq; illi intestino exporrecta suffulciens.
- T_{1,2} Dextri nerui sexti paris neruorum cerebri propago, ad stomachũ exporrecta, multipliciq; serie in ipsius orificium elatius distributa. V_{1,2} Sinister neruus.
- X₂ Sinistri nerui propago, secundum elatiorem uentriculi sedem ad icur usq; excurrens, hicq; quæ Y. icori proxima est, Y insignita.
- a₂ Prima (uti doctrinæ studio nuncupare eam solemus) uentriculi uena & arteria.
- b₂ Secunda uentriculum accedens uena, quæ coniuge caret arteria.
- c_{1,2} Tertia uentriculi uena cum coniuge arteria & neruo quoq; secundum dextram uentriculi fundi regionem exporrecta. (tu amplectens.
- d_{1,2} Quarta uentriculi uena coniugem obtinens arteriam, & elatius uentriculi orificium coronæ ric
- e₁ Rami iam dictæ uenæ & arteriæ, qui secundum uentriculi elatiorem sedem ad inferius usque ipsius orificium contendunt.
- f_{1,2} Quinta uena simul cum coniuge arteria & neruo, sinistram sedem fundi uentriculi perreptans.
- g, g_{1,2} Aliæ uenæ ac arteriæ, ab illis pronatæ uasis quæ lieni inseruntur.

DECIMASEXTA QVINTI LIBRI FIGVRA.

H A C figura uentriculum à stomacho ac intestinis liberauimus, ac dein inuertimus, ut interior uentriculi sedes seu superficies cibos & potus amplectens, in conspectum ueniret.


- b Circulare uentriculi tuber ea sede conspicuum, ubi stomachus uentriculo continuatur, aut ubi elatius ipsius consistit orificium.
- i Tuber orbiculatum quoq; in humiliori orificio uentriculi apparens.



DECIMASEPTIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.

P R A E S E N S figura uentriculi tunicarum seriem numerumq; et naturam, quantum pictura assequi potuimus, docet.

- k Tertia uentriculi tunica, à peritoneo pronata, atq; hic à uentriculo magna ex parte diuulsa.
- l Secunda uentriculi tunica, minus quàm tertia à uentriculo diuulsa.
- m Prima intimaq; uentriculi tunica, hac in parte à duabus exterioribus tunicis libera.



PRÆSENS figura iecoris gib-
 bam posterioremq; sedem unà cum caua uenæ
 caudicis portione exprimit.

A, A Iecoris gibbi superior pars.

B, B Iecoris gibbi posteriorisq; sedis infima regio.

C Cauæ uenæ sedes, qua septum permeat, ipsiq;
 soboles exporrigit.


D, E Hoc interuallo sedes notatur, qua caua cau-
 dex posteriori iecoris sedi innascitur.

F Portio præcipui iecur septo alligantis uinculi.

G Ligamentum iecoris partem in sinistra maxime exporrectam septo connectens.

H Venæ portæ portio.

I Sinus quo iecur stomacho cedit, qua sinistro uentriculi orificio continuatur.



DECIMANONA QVINTI LIBRI FIGVRA, QVAE
 LIENEM OMNI EX FACIE COMMONSTRAT, CV-

ius situm & ex proportione magnitudinem, uigesima qua mox subijcietur figura literis
 O, O, P explicabit: præsens uerò quatuor quodammodo peculiaribus constans
 effigibus, seu tabulis, in hunc habet modum.

PRIMA. SECUNDA. TERTIA. QVARTA.



QVATVOR DECIMANONAE FIGVRAE TABELLARVM
 earundemq; characterum Index.

PRIMA lienem anteriori facie exprimit, unà cum omenti portione, seu inferioris superio-

A. risq; omenti membranarum partibus. A namq; lienis sinistrum indicat latus, dextrum autem

B, B. ac media ipsius sedes omento integuntur. B, B & B enim inferioris omenti membranæ portio-

C, C. nem indicant, lienis uasa deducentem. C uerò & C superioris omenti membranæ portione signi-
 ficant, qua ad uentriculum uasa perferuntur, ab illis uasis pronata qua in lienem iamiam inseren-
 da ueniunt.

Secunda effigie decimæ nonæ quinti libri figuræ lienis caua regio exprimitur, ab omnibus qua-

D, E. illi committuntur partibus libera. ac hic D notat superiorem lienis sedem, E inferiorem, F sini-


F, G. stram, G dextram. H uerò & H lineam indicant in caua lienis regione conspicuam, cui lienis

H. uasa inseruntur.

Tertia effigies lienis gibbum commonstrat.

Quarta lienis quoque cauam sedem delineatã continet. At huic duas indidi sectiones, ut lienis

I, K. substantia conformatio que oculis subijcerentur. Atque hic I & K sectiones modo di-
 ctas indicant.



VIGESIMAE FIGVRAE EIVSDEMQUE CHA-
racterum Index.

P R A E S E N S figura sectionis serie duodecimae succedit. ab hac enim omnia intestina excuimus, relicta duntaxat uentriculi portione superioris orificij uentriculi sedem commo- strante. atq; ita haec figura pleraq; indicat, quae nunc opportunius cum characterum indicibus se- riatim insinuabuntur.

- A, A* Septi transversae portio peritonaeo succincta, atq; una cum costis aliquot sursum reflexa.
B, B Cava iecoris sedes.
C Iecoris ligamentum, quo ipsius sinistra pars septo alligatur.
D Venae per umbilicum iecori exporrectae portio, ubi sinus ille indicatur primum hanc admit- tens uenam, quae per priuatum ipsi in iecore humano incisum foramen ad iecoris usque sedem per- reptat, ubi hic *G* non procul a *K* adhibitum conspicis, ubiq; uena haec in iecoris substantiam pri- mum uere digeritur.
E Hac sede iecur sinum obtinet, quo cedit stomacho per septum transversum ad elatius uentriculi orificium contendenti.
F Superius uentriculi orificium, uentriculiq; portio.
G, G Lineae impressiones uel tuberaq; in iecoris cauo ubi partem uenam promit conspicua.
H Bilis uesicula.

- I Portæ uenæ caudex hic abscissus. Verū I quoq; duas indicat uenulas bilis uesiculæ exporrectas.
- K Iecoris neruus ab illis propagatus, qui elatiori uentriculi implicantur orificio.
- L Arteria iecori & bilis uesiculæ communis.
- M Neruus à sexti neruorum cerebri paris propagine initium ducens, quæ dextri lateris costarum exporrigitur radicibus. atq; hic neruus iecori pariter & bilis uesiculæ communis censetur.
- N Bilis uesiculæ meatus hic abtruncatus uisitur, qui ad intestina pertinet.
- O, O Lienis anterior cauaq; regio. P Lienis linea, cui uasa ipsius implantantur.
- Q Vena caua. R Magna arteria.
- S Radices arteriarum in uentriculum, iecur, lienem, omentum, mesenterium, ipsaq; demum intestina excurrentium.
- T Dexter ren, pingui sua obductus tunica.
- V Sinister ren, similiter pingui ipsius inuolutus tunica.
- X Vena in sinistri renis pinguem diffusa tunicam.
- Y Vena dextri renis pinguem tunicam accedens.
- a Vena arteriaq; dextro reni serosum sanguinem deducentes.
- b Vena arteriaq; in sinistram protensa renem, emulgentesq; uulgò non secus appellatae, quam illæ quæ dextro reni sunt propriae.
- c, c Meatus ex dextro rene urinam in uesicam deferens.
- d Meatus quo sinistri renis urina in uesicam ducitur.
- e Seminalis uena sinistram accedens testem. f Seminalis uena, dextri testis.
- g, g Surculi à seminalibus uenis qua peritonæo committuntur, in ipsoq; adeò uersus testes progressu, ad peritonæum deriuati.
- h Seminalis arteria dextrum testem petens.
- i Arteria seminalis quæ sinistro testis est propria.
- k Arteriae in humiliore mesenterij sedem ad colon intestinum et rectum excurrentis radix.
- l Arteriae magnæ super cauam uenam ascensus, ac ipsius magnæ arteriæ & cauæ supra ossis sacri initium in duos truncos diuisio.
- m, m Præcipuæ uenæ ac arteriæ earum quæ geniculatim à magnis uasis lumborum carnibus ipsiq; peritonæo offeruntur.
- n Arteriae magnæ soboles sacri ossis foramina accedentes.
- o Recti intestini pars à colo libera, atq; ut inter dissecandum fit, uinculo intercepta.
- p Vesica urinæ receptaculum.
- q Semen à teste ad penem deferentis uasis portio, qua secundum pubis os deorsum ad uesicæ ceruicis initium retorquetur.
- r Cutis quæ penem inuestibat. s Scortum.
- t Carnosæ membranæ pars, quæ haud secus atq; scortum, utrunq; ambiebat testem.
- u Tunica à peritonæo inibi pronata, ubi seminarijs uasis iter præbet. estq; hæc exterior testis tunica, earum quas testibus singulis proprias peculiareq; numeramus.
- x Denudati penis portio.

VIGESIMAPRIMA QVINTI LIBRI FIGVRA,

QVÆ TRES PROPRIAS CONTINET TABEL.

las sectionis serie inuicem subsequentes, ac appositissime renū sinus meatumq; urinariorum principia ostendentes.

PRIMA.

SECUNDA.

TERTIA.



t 2 TRIVM

PRIMA tabella sectionem secundum renis longitudinem per gibbum ipsius inductam habet adeo profundam, ut in secundum renis pertingat sinum, interim nulla renis substantiae abla-
 α, β. ta portione. Significet igitur α dextri renis anteriorem partem, β uero posteriorem. γ & γ ori-
 γ, γ. ficia sunt ramorum primi sinus renis, seu ipsius membranei corporis, qua inuicē illi rami coeunt. Hic
 α, α. enim rami necessario per sectionem in mutuo coitu diuiduntur. α, α. primi sinus corpus, seu mem-
 braneum corpus in quod uena & arteria renis terminantur.


ε Foraminulum hoc urinarij meatus est initium.

λ Urinarij meatus pars. Super membraneum hoc corpus α & α insignitum, secundus renis consti-
 stit sinus, cuius interius & corpori illi membraneo proximum latus in hac sectione tantum appa-
 ret. Eius enim partes quae in exteriora ad utrumq; septi ex renis substantia conformati latus pro-
 3. n. ducuntur, ipsumq; sinum uelut bipartitum efficiunt, nisi specillo in circuitu sub ζ hic & u deducto
 intueri nequis. Septum namq; illud praesenti sectione in duas partes, anteriorem scilicet & poste-
 riorem diuisum cernitur, ac u quidem partem ipsius notat anteriorem, ζ uero posteriorem.

Secundae effigiei omnia cum nuper commemorata sunt communia, nisi quod uniuersa propemodu-
 renis substantia septum illud constituens, cultello orbiculatim adempta sit, neque aliter sanè sep-
 ti illius figuram ob oculos ponere licuit. Conspicitur hic itaq; secundus renis sinus uniuersus, at
 non quemadmodum est bipartitus, eo quod septum abstulerim sinum hunc in exteriori ipsius late-
 re dirimentem. α igitur & β & γ & λ eadem hic quae in prima tabella notant. Circulus autem
 θ. inter α & β ductus, secundum renis indicat sinum. θ uero anteriorem partem primi sinus, seu mem-
 branei corporis, qua haec in ramos discinditur. ι corporis membranei posteriorem partem indi-
 cat. adeo ut θ & ι simul membraneum notent corpus, seu primū renis sinum: κ autem urinarij mea-
 tus insignitur origo.

Tertia tabella primi sinus seu membranei corporis ra-
 mos omnes insinuat. renis enim substantia, quae summis eius sinus ramis adnascitur, penitus derasa
 est. Atq; haec citra characterum operam sunt obuia.

VIGESIMASECVNDA QVINTI LIBRI FIGVRA.




- P R A E S E N S** figura sectionis serie uigesimae succedit. in hac namque costarum aliquot fines effracti, & extrorsum sursumque retorti occurrunt, ut iecoris gibbum ita hic spectaretur, ut ipsius cauum in uigesima figura in conspicuo erat. Renes hic etiam pingui illorum tunica denudati sese offerunt. In hac figura uenarum arteriarumque seminalium exortus ductusque etiam ostendete, priuatim a cauae uenae caudice ramulum pronasce effinximus, qui sinistrae seminali commiscetur uenae. Praeterea peritonaeum quae uasis seminarijs iter praebet, una cum tunica a peritoneo pronata, testemque & sui lateris uasa seminaria amplectente, dissectum est, & cum seminarijs uasis testes cum suis musculis obuij sunt. Insuper pubis ossa inuicem ita dirempta atque adeo reflexa uidentur, ut inuicem insigniter dehiscant, & uesica, & glandosum corpus uesicae ceruici proprium, una cum ipsius musculo & penis corporibus eorundemque progressu oculis subiiciantur. Quod autem a dextro femore cutem prorsus & a sinistro aliqua ex parte ademinimus, neminem ambigere reor.
- a, a Peritonaei pars cum septi transversae portione, & effractis costis sursum extrorsumque reflexa.
 b, b Iecoris gibbum. c, c Caua iecoris sedes.
 d Praecipuum iecoris ligamentum, ad dextrum latus mucronatae cartilaginis consistens, & hic a iecoris anteriori sede magna ex parte diuulsum.
 e Ligamentum iecoris partem in sinistram protensam septo committens.
 f Venae portae portio, una cum arteria & neruis iecur petentibus, et bilis uesiculae meatu intestinali petente, hic uinculo est intercepta, & dein praefecta.
 g Venae cauae caudex. h Arteriae magnae truncus deorsum spinae exporrectus.
 i Principium uenae pinguem sinistri renis tunicam adeuntis.
 k Radices arteriarum in intestina excurrentium, & uentriculo, iecori, bilis uesiculae, lieni, et ipsi demum omento ramos offerentium.
 l Initium uenae dextri renis pingue inuolucrum petentis.
 m Vena ac arteria dextrum accedentes renem.
 n Vena ac item arteria sinistro reni serosum sanguinem deducentes.
 o, o Dextri renis pingue inuolucrum, ab anteriori sede renis liberatum.
 p, p Sinistri renis pingue inuolucrum, ab anteriori etiam sede sui renis diuulsum, et peritonaeo unde principium ducit, adhuc connexum.
 q, q Et dexter & sinister meatus, quo urina e renibus in uesicam fertur, q insignitus est.
 t Seminalis uena dextrum accedens testem.
 u Principium seminalis uenae dextrum testem adeuntis, quod instar rotundi tuberis prominet.
 x Seminalis uena sinistro testis exporrecta.
 y Venula a uenae cauae caudice pronata, ac uenae seminali sinistrae commixta unitaue. Quamuis enim haec uenula rariius occurrat, tamen quum in alijs figuris sinistra uena absque hac delineatur, illaque hic nihil obscuret, ipsam exprimere uisum est.
 z Seminalium arteriarum origo.
 B Surculi, quos uenae seminariae peritonaeo inibi depromunt, quae ipsi connexae deorsum ad pubis ossa contendunt.
 gamma Dextrae seminalis uenae, & item arteriae, per peritonaeum supra pubis ossis coxendicisque regionem descensus, ac ascensus pariter semen a teste deferentis uasis, quod u, i & u mox notabitur.
 d Venae seminalis & arteriae commixtio, & corporis quod uaricum imagini conferam, initium.
 e Varicosi corporis in testem insertio. } Testis intimo ipsius inuolucro obiectus.
 n Principium semen a teste deferentis uasis.
 i Sedes qua deferens semen uas sursum secundum testis humillimam sedem reflectitur, & a teste ipsi non amplius connatum, abscedere incipit.
 x Hic semen deferens uas nullam amplius conuolutionum ostendit speciem, at sursum instar nerui teres porrigitur.
 y Vesica urinae receptaculum.
 z Glandulosum corpus uesicae ceruicis initio adnatum, & semen deferentium uasorum insertionem excipiens.

- ϑ Circularis ueficæ ceruicem ambiens musculus.
 ϑ, τ Duo penem constituentia corpora, quorum sinistrum à suo principio quod à sinistro pubis osse ducitur, liberatum est: dextrum autem corpus suo principio adhuc pubis dextro osse firmatur. Præterea hic S nostri figura in cõspicuo est, quã penis flaccidus lægvidusq; cū uefica effingit.
 υ Venarum & arteriarum neruorumq; penem aduentium series, tam aptè ac in huiusmodi figuris id moliri datur expressa.
 ϕ, χ Primum exterius ue testis peculiare inuolucrum à peritonæo inibi pronatū, ubi ϕ ascripsimus, ubi uero χ locatur, ea eius inuolucris sedes notatur, qua hæc infimæ testis parti connascitur.
 † Testis musculus iam dicto inuolucro innatus.
 ω Musculus femur mouentium septimus hic se spectandum offert, quã super coxendicis os deorsum ducitur.
 * Recti intestini portio, quæ in corpore dum intestina reliqua auferuntur, relinqui consueuit. Supra hanc recti intestini portionem eleganter quoque uenæ cauæ & arteriæ magnæ distributio circa ossis sacri regionem uisitur.

VIGESIMATERTIA QVINTI LIBRI

FIGVRA.



VIGESIMATERTIAE FIGVRAE, IPSIVSQVE PARTIVM & characterum Index.

VIGESIMA tertia figura multas peculiare obtinens effigies, tabellâs ue, simul cum illa quæ mox præcessit, ac ordine uigesima secunda fuit, potissimum ad uirilium organorum generationis inspectionem facit, & ambas quum primum characteribus insignirentur, decimotertio huius libri Capiti præponendas ducebam. unde etiam in utrisq; eadem prorsus est characterum ratio. Verum quod iam satius fore arbitrer præsentis libri figuras hic seriatim col-
 loca

locari, priuatim indicem huic uigesimatertiae figuræ dedicabo, characteres quæ huic & uigesimæ secundæ communes sunt, denuò non grauate explicaturus. Porrò in hac uigesimatertia figuræ duæ sunt præcipuæ effigies, quarum unam non inopportune dextram, alteram uerò sinistram appellabimus. ac in utrisque quidem effigiebus renes, uesicam & seminaria organa cum uenæ cauæ et arteriæ portionibus exacta è corpore finximus. Atque hæc quidem in dextra anteriori facie, in sinistra autem posteriore delineantur. & in dextra adhuc priuatim uesicam, & ipsius ceruicem seu meatum semini urinæque communem aperuimus, quum hæc in sinistra adhuc sint integra: quem admodum in characterum explanatione dicturus sum diffusius, simulatque effigies expressero, quæ sinistrum latus & inferiorem præsentis uigesimatertiae figuræ sedem occupant, ac maiusculis Latinorum literis in hunc modum notantur.

- A, B, Duabus his tabellis dextrum testem anteriori facie, at magis secundum sinistrum latus ostendentibus, idem exprimitur. uerum superior A insignita ab inferiori B indicata in hoc differt, quod ipsa semen deferentis uasis situm inturbatum ostendat: quum interim inferior B notata deferentis semen uasis partem, quæ secundum testis anteriora sursum fertur, neque amplius testi adnascitur, ex sua sede sinistrorsum habeat reflexam, detrusam uel, ut insertio applicatioque uenæ & arteriæ seminalium ad testem in conspectum ueniret. At hæc characterum utrisque effigiebus A & B insignitis communium opera reddentur dilucidiora.
- C Vena & arteria seminales illic abtruncatæ, ubi iam ex magna peritonæi amplitudine excidentibus inuicem implicantur, commiscenturque, ac corpus quod uaricosum mihi appellabitur efformare incipiunt, seu huius uaricosi corporis quod pyramidi assimilabitur conus.
- D Basis uaricosi corporis, seu sedes qua uena & arteria seminalis testi inseruntur, & ramulos in testis intimum inuolucrum & testis substantiam spargunt.
- E Vasis semen à teste deferentis initium.
- F Reflexus uasis semen deferentis secundum testis humiliorem sedem.
- G Sursum conscendens deferentis semen uasis portio, & ipsius regio in qua amplius testi connasci desinit.
- H Præsens effigies deferentis semen uasis portionem ostendit, quæ testis intimo connata erat inuolucro: & foraminula illa asperitatesque cernuntur, quæ in eius uasis sede post sectionem conspiciuntur, quæ inuolucro illi connascebatur.
- I Hac effigie eadem uasis semen deferentis portio, quæ et mox præcedenti delineatur. uerum hæc sedem eius portionis ostendit, quæ gibba est, testisque inuolucro non connascitur.
- L Testis à quo semen deferens uas absectum est, ipseque adhuc testis cum intimo ipsius inuolucro et uaricoso corpore remansit.
- M Hæc eadem cum effigie L notata indicat. uerum ut illa anteriorem testis faciem exprimebat, ita hæc posteriorem: & duæ subsequentes notæ utrique sunt communes.
- N Prima uenæ & arteriæ seminalium commixtio, seu uaricosi corporis conus.
- O Uaricosi corporis basis, & in testis substantiam ipsiusque intimum inuolucrum insertio.
- P Testis suo intimo adhuc obductus inuolucro, sed à uaricoso liberatus corpore, & superiorem ipsius regionem ostendens, in qua uaricosum illud corpus inseritur. Apparent namque hic foramina ramulorum uaricosi corporis, qui (uti dicebam) testi implantantur.
- Q In hac effigie intimam testis tunicam inuolucrum uel nouacula dissecuri, & ex altero latere à testis substantia eius inuolucrum partem R notatam diremi, in posterioraque reflexi, ut ductus in conspectum uenirent, qui à ramis inuolucrum intertextentibus in testis substantiam pertinent. A.
- S. teram uero huius inuolucrum partem S insignitam, testi adhuc connatam reliquit.
- T Hic testis per medium dissectus iacet, uasorum per ipsius substantiam diffusorum, ac V & V naturam distributionisque seriem monstrans. Qui uerò modo subsequuntur characteres, duabus grandioribus & magis præcipuis uigesimatertiae figuræ effigiebus proprii habentur.
- 1 Hac numeri nota indicatur anterior renis regio.
- 2 Posterior renis regio.
- 3 Superior renis regio.
- 4 Inferior renis regio.
- 5 Externum renis latus.
- 6 Internum renis latus: in quo 6, 7, & 8 sinum eius lateris indicant. uerum 6 priuatim notat eius sinus tuber. 7 autem & 8 sinus eius angulos impressionesque.
- g Venæ cauæ caudex, inibi abscissus, quæ deorsum tendens iecur superauit.


- b Arteriæ magnæ truncus inibi resectus, ubi primum sub septo transuerso in peritonei amplitudinem fertur.
 k Radices arteriarum quæ mesenterio & inferiori membranæ omenti digeruntur.
 l Venæ pinguem dextri renis tunicam petentis principium.
 m Vena & arteria dextro reni serosum sanguinem deducentes.
 n Vena & arteria sinistro reni in serosi sanguinis ductu famulantes.
 o Venæ in pinguem sinistro renis tunicam excurrentis origo.
 q, q Meatus urinam e renibus in uesicæ amplitudinem deportantes.
 r Meatus urinam uesicæ deducentium in uesicam insertio, ac in dextra quidem effigie orificia indicantur, quæ hi meatus in uesicam pertinent, & membranei processus quoque his orificijs præfecti, in sinistra autem effigie sedes indicatur, qua illi meatus primum uesicæ applantantur.
 t Seminalis uena dextra.
 u Tuberculum, seu protuberans seminalis uenæ dextri lateris principium.
 x Vena seminalis sinistrum petens testem.
 a Seminalium arteriarum ex magnæ arteriæ caudice initia.
 ß Surculorum radices quos uenæ seminales peritonæo offerunt, quæ illi secundum lumborum regionem committuntur.
 d Venæ arteriæque seminalium coitus commixtio ue, & uaricosi corporis initium.
 e Venæ & arteriæ seminalium ad testem insertio, seu uaricosi corporis basis.
 } Testis intimo ipsius inuolucro adhuc obtectus.
 n Principium uasis semen à teste deferentis.
 ð Descensus uasis semen deferentis secundum posteriorem testis regionem.
 i Locus quo deferens semen uas rursum secundum testis humiliora sursum fertur, neque amplius testi connascitur, uti faciebat ab n per ð ad i.
 x Sedes deferentis semen uasis, ubi primum nerui modo citra omnem reuolutionem spiram ue sursum properat.
 λ Hac sede semen deferens uas ad posteriorem regionem uenæ ac arteriæ seminalium reflexum, in peritonæi amplitudinem contendit.
 μ Dextri semen deferentis uasis cum sinistro coitus, propter uesicæ ceruicis initium.
 ν Uesica, quæ in dextra effigie priuatim ad aperta est, ipsius commonstrans cavitatem.
 ξ Glandulosum corpus uasorum semen deferentium insertionem excipiens, ac in dextra effigie longa sectione ad meatus usque urinarij amplitudinem dissectum.
 o Amplitudo cavitatisque ceruicis uesicæ, in quam uasa semen deferentia insertionem moliuntur.
 ϑ Musculus uesicæ ceruicem ambiens, ac urinæ excretioni præfectus.
 s & τ Duo penem potissimum constituenta organa.
 υ Venæ ac item arteriæ penem ceruicemque uesicæ accedentes.
 φ Sedes notatur meatus urinæ semini que communis, quæ reliquo ipsius ductu amplior in penis glande uisitur.

VIGESIMAE QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEM QVE
 characterum Index.

FIGVRA sequentem paginam occupante muliebris corporis truncus humi stratus exprimitur, cuius peritonæum unà cum abdominis musculis ad apertum est, ac in latera (uti inter secandum fit) reflexum. Deinde intestina omnia à mesenterio præsecuimus, recto intestino adhuc in corpore relicto, simul cum integro mesenterio, cuius membranas hic aliqua ex parte inuicem diremimus, ut mesenterij natura oculis subijceretur. Verum præsens figura in hoc potissimum delineata est, ut uteri & uesicæ positum ita ostenderet, quemadmodum in hac muliere utero nobis nulla ex parte moto, is occurrit. Nulla enim hic ab utero diuulsa est membrana, sed omnia integra ita hic uisuntur, quemadmodum in mediocriter obesis mulieribus iam amotis intestinis secanti obuiam ueniunt. Mulieres namque adeo pingues sunt, ut longo etiam morbo enecatae & macilentissimæ, nullam uasorum seriem (nisi membranarum mutuò diremptis) ostendant.

VIGESIMA QUARTA QVINTI LIBRI

FIGURA.



A, B, C, D Peritonæi anterioris sedis interior superficies.

E, E Mesenterij pars tenuia intestina dorso connectens.

F, F Altera mesenterij membrana notatur, ab altera quam G & G insigniui diuulsa. Vtraque autem membrana uasorum per mesenterium seriem, et glandularum uasorum distributionibus interpositarum naturam indicat.

H, H Hac mesenterij parte colon intestinum, quæ recto erat proximum, committebatur.

I Hac mesenterij parte, coli intestini initium, seu ipsius cum tenuibus intestinis continuitas, deinceps quoque intestinum consistebant.

K Rectum intestinum inibi præsectum ubi colon desinit, quæ sedes est è regione connexus sacri ossis cum infima lumborum uertebra.

L Anterior uteri fundi sedes, à qua nihil prorsus auulsum cernitur.

M Dexteræ mulieris testis.

N Mulieris sinister testis, atque huius anterior pars hic tota oculis subiicitur, quum interim dextræ testis modica uideatur portio: idque ideo accidit, quod dextrum testem ita delineauerimus, quem admodum uterque testis membrana tegitur seminaria mulieris uasa deducente, atque à peritonæo nata: sinistram uero testem illa membrana deteximus, quod solius manus, nullo adhibito cultro, fuit beneficio. Hæc namque membrana anteriori testis sedi nulla ex parte adnascitur, sed incumbit solum.


O, O Membrana à peritonæi dextra sede pronata, et testem dextrum unam cum huius lateris seminalibus uasis, ac illis quæ uteri elatiorem sedem implicant uasis, dorso committens, utrumque pariter continens, et denique cum alterius lateris membrana secundam uteri tunicam constituens.

P Hæc in nuper dicta membrana carneæ excurrunt fibræ, dextrum uteri constituentes musculum.

His

- Q, Q *His characteribus sinistrae lateris membrana notatur, quae illi correspondet, quam nuper O, O indicarunt.*
- R, S *Uteri cervicis anterior pars, inter R & S ea adhuc obducta tunica, quam peritonaei partes illi offerunt, quae ipsi uasa exporrigunt, deducuntque, ac illum peritonaeo adnectunt. Caeterum intervallum inter R & S consistens, uteri cervicis amplitudinem quodammodo significat. Rugae vero hic conspicuae, illae sunt quas uteri cervix in se collapsa, neque alia distenta, inter secundum commonstrat.*
- T *Vesica, cuius posterior facies hic potissimum spectatur. ita enim in figurae huius delineatione oculum direximus, ac si in corpore prostrato, posteriorem vesicae sedem quae uterum spectat, potissimum cernere uoluissimus. Si enim praesens muliebri corpus ita uti id quod modo subsequetur, erectum arbitrareris, etiam secus atque res se habet, uteri fundum multo elatius ipsa vesica delineatum esse tibi persuaderes.*
- V *Umbilici est portio, a peritonaeo inter secundum liberata, & una cum uasis foetui peculiaribus hic deorsum reflexa.*
- X *Portio uenae ab umbilico iecur petentis.*
- Y *Meatus a vesicae fundi elatissima sede ad umbilicum pertinens, ac foetus urinam inter secundum & intimum ipsius inuolucrum deducens.*
- Z, et *Duae arteriae ab umbilico huc secundum vesicae latera prorepentes, atque hac sede magnae arteriae ramis pubis ossium foramina potissimum aduentibus insertae, seu continuae.*

VIGESIMA QUINTA QVINTI LIBRI FIGVRA.



A praesentis figurae dextra mamilla cutem abstulimus, ut quam fieri posset proximè mamilla-
 rii natura hic oculis subijceretur. Deinde uentriculum, & cum intestinis mesenterium et lienè re-
 secuimus, recto interim intestino non secus quam in mox praecedente figura relicto. Ad haec, ut e-
 rum suo extimo quod peritoneum ipsi porrigit inuolucro quodammodo spoliauimus, omnes mem-
 branas quam licuit accuratissime passim, ideo amputantes, ut seminis materiam testibus deferen-
 tia & rursum semen ab his utero deducant uasa in conspectum uenirent. Vesicam uero deor-
 sum in sinistrum latus refleximus, unà meatum à dextro rene ipsi urinam deferentem abrumpen-
 tes, ut urinam uesicae deferentium meatum insertio appareret, ipsa quoque uesica uteri inspectionem
 non occuparet. Postremo pubis ossium portionem ab hac figura exsecuimus, quo uteri cervix ac
 uesicae etiam collum appositè uiderentur.

A, A, Venae ad mamillas subinde excurrentes ab illis quae cuti summo humero obductae offeruntur.

B Venae ab illis pronatae quae per axillam in manum porriguntur.

C Praecipuum mamillae corpus.

D, D Glandulae ac adeps undecunq; corpori illi glandoso ac *C* insignito adstratae.

E, F G, H Peritonaei anterioris sedis interior superficies, est enim hic anterior peritonaei regio,
 ad latus, & sursum deorsumq; flexa.

I, K Venarum ac item arteriarum sub pectoris osse deorsum à iugulo prorepentium portiones.

L Iecoris gibba sedes.

M Iecoris cauum hic quoq; aliqua ex parte conspicuum.

N Venae ab umbilico iecur petentis portiuncula.

O Venae portae caudex hic simul cum uasis ipsi attensis praefectus.

P Vena caua.

Q Arteria magna.

R Arteriarum uentriculum, iecur, lienem, omentum ac intestina petentium radices.

S Principium uenae pinguem sinistri renis tunicam implicantis.

T Vena ac arteria dextro reni serosum humorem deducentes.

V Vena ac arteria sinistro reni serosum humorem deferentes.

X Principium uenae pinguem dextri renis tunicam adeuntis.

Y Dextri renis anterior sedes.

Z Sinistri renis anterior facies.

a, a Meatus à dextro rene urinam in uesicam deducens, & ad humilium a effractus. portio autem hu-
b. ius meatus reliqua, ac uesicae adhuc continua, *b* insignitur.

c, c Meatus urinam à sinistro rene in uesicam deferens.

d, d Dextra seminalis uena, cuius initium elatius *d* indicat.

e Seminalis uena sinistrum petens testem.

f Seminalium arteriarum ortus.

g Seminalis arteria dextra.

h Seminalis arteria sinistra.

i, k, l Anterior uteri fundi pars. ac *i* dextrum fundi obtusum indicat angulum, *k* autem sinistrum, *l* ue-
 rò regionem uteri ubi ipsius fundi consistit orificium, ipsiusq; cervix inchoatur.

m Rectum intestinum. quo minus utrunq; figurae latus inibi ubi par utrinque est ratio onerem, uni-
 duntaxat lateri iam characteres opportunè adhibebo.

n Venae ac arteriae seminalis portio, uteri fundi superiorem accedens sedem.

o Venae ac item arteriae seminalis portiones testem adeuntes, et inuicem coeuntes, corpusq; instar

p. pyramidis constituentes. ac *p* huius corporis basim notat, testi commissam.

q Anuper dicto corpore eiusmodi uascula in membranas excurrunt, testem peritonaeo committentes.

r Testis anterior facies.

s Vasis semen à teste in uterum deferentis initium.

t, t Vasis semen deferentis reflexus, quos id circum testis latera conficit.

- u *Vasis semen deferentis ad uterum progressus.*
 x, x *Vteri ceruix.*
 y *Vasa inferiorem uteri fundi sedem ac uteri ceruicem implicantia.*
 * *Vena uesicam ab illis uasis accedens, quæ uteri ceruicem intertextunt, atque hic etiam character urinariorum meatuum insertionem notat.*
 α, β *Vesicæ fundi posterior sedes.*
 γ *Vesicæ ceruicis musculus.*
 δ *Hac sede uesicæ ceruix uteri ceruici implantatur.*
 ε *Cuticulares ceruicis uteri orificij carunculæ, atq; hic uteri colles & ceruicis ipsius orificium, citra characterum operam neminem latent.*
 ζ *Arteriæ humillimam mesenterij partem accedentis radix.*
 η *Vasa ab illis quæ crus aduent uenis ac arterijs sursum ad abdominis musculos ascenduntia.*

VIGESIMASEXTA QVINTI LIBRI
 FIGVRA.



VIGESIMAE SEXTAE FIGVRAE EIVSDEM QVE CHARACTERUM INDEX.

- P R A E S E N S** figura uterum unâ cum illum peritonæo alligantibus membranis à corpore exsectum commonstrat. atque ipsius ceruix adeò hic sursum est conuoluta euer saq; ut fundi uteri orificium in conspectu sit. *Vesicæ uerò fundum & ceruicem quoq; aperuimus, ut uesicæ cavitatis meatuumq; urinariorum insertio in propatulo essent.*
- A** *Vteri fundi anterior facies, nulla membrana prorsus detecta.*
B, B *Vteri ceruix.*
C *Fundi uteri pars glandis modo in superiorem uteri ceruicis sedem protuberans.*
D *Orificium fundi uteri.*
E, E *Membrana uterum peritonæo connectens, ipsiusq; uasa continens.*
F *Sinister uteri testis.*
G *Vena & arteria seminalis.*
H *Portio uenæ ac arteriæ seminalium, uteri fundi superiorem sedem accedens.*
I *Portio arteriæ & uenæ seminalium testem accedens.*
K *Vas semen à teste in uterum deducens.*
L *Vesicæ cavitatis.*
M *Urinariorum meatuum insertio.*
N *Urinariorum meatuum frustula hic propendent.*

VIGESIMASEPTIMA QVINTI
LIBRI FIGVRA.

PRÆSENS figura uterum à corpore exectum ea magnitudine refert, qua postremo Patavij dissecta mulieris uterus nobis occurrit. atq; ut uteri circumscriptionem hic expressimus, ita etiam ipsius fundum per mediū dissectuimus, ut illius sinus in conspectum ueniret, unà cum ambarum uteri tunicarū in non prægnantibus substantiæ crassitie.

- A, A, B, B Uteri fundi sinus.
 C, D Linea quodammodo instar suturæ, qua scortum donatur, in uteri fundi sinum leuiter protuberans.
 E, E Interioris ac propriæ fundi uteri tunice crassities.
 F, F Interioris fundi uteri portio, ex elatiori uteri sede deorsum in fundi sinu protuberans.
 G, G Fundi uteri orificium.
 H, H Secundum exteriusq; fundi uteri inuolucrum, à peritonæo pronatum.
 I, I et c. Membranarum à peritonæo pronatarum, & uterum continentium portionem utrinq; hic asseruauimus.
 K Uteri ceruicis substantia hic quoque conspicitur, quod sectio qua uteri fundum diuisimus, inibi incipiebatur.
 L Vesicæ ceruicis pars, uteri ceruicis inserta, ac urinam in illam proijciens.
 Uteri colles, & si quid hic spectadum sit reliqui, etiam nullis appositis characteribus, nulli non patent.

S VIGES



VIGESIMAOCTAVA QVINTI LIBRI FIGVRA.

HÆC figura canum non prægnantē exprimit uterum, quem propter ueterum descriptiones hic humano utero adijcere uisum est, uti magis adhuc uaccinum, quem modò subiungemus.

- A* Vena & arteria seminalis.
B, B Venæ et arteriæ seminaliū portiones, uteri superiori sedi uasa porrigētes.
C Testis, ac uas semen à teste deferens.
D, D Membranae uterum peritonæo committentes, & secundum ipsius inuolucrum efformantes.
E Vena ac arteria uteri ceruicem & humiliorem fundi partem implicantes.
F Dextra fundi uteri pars, secunda ipsius tunica adhuc uniuersim obducta.
G Sinistra fundi uteri pars, quam media ex parte, exteriorē ipsius liberauimus inuolucro. Genim exterius, *H* uerò interius notant.
I Sinistri lateris uas semen deferens, hic à teste liberatum, ac in ipsius sede seruatum.
K Regio, qua fundi uteri orificium consistit.
L Uteri ceruix etiam sinistra ex parte exteriori inuolucro detecta.
M Portio ceruicis uesicæ.
N Cutis ad pudendum adhuc reliqua.



VIGESIMANONA QVINTI LIBRI FIGVRA.

PRÆSENTI figura uaccini uteri fundum, & ipsius ceruicis portionem ita delineauimus, ut magna fundi ceruicisq; sedes exteriori inuolucro sit detecta, interiorq; tunica oculis subiiciatur.


- A* Testis sinister.
B Vas semen deferens à teste in uterum.
C Sedes orificij fundi uteri.
D Sedes ubi uterus geminus sit, adhuc tamen utraq; parte simul exteriori uteri inuolucro obducta.
E Hac sede prorsus duæ uteri partes inuicem, arietum cornuum modo dirimuntur.
F, F Externum uteri inuolucrum his sedibus adhuc seruatum.
G Interius uteri inuolucrum innumeris ac uermium implexu non absimilibus uasis intextum.
H Membranae hic adhuc uisitur portio, uterum sinistra in sede peritonæo committentis.



TRIGESIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.

QVATVOR PECVLIARIBVS COMPLEXA TABVLIS.

PRIMA. SECUNDA. TERTIA. QVARTA.



TRIGE-

TRIGESIMAE QVINTI LIBRI FIGVRAE TABVLARVM,
earundemq; characterum Index.

PRIMA tabula uterum masculino foetu turgidum, in anteriori ipsius sede una longa & altera transuersa sectione diuisimus, uteri fundi tunicarum partes in latera, atque adeo ab extimo foetus inuolucro diducentes.

- A, B, C, D* Interna superficies uteri, quae ante sectionem foetus inuolucris obducebatur.
E, E Exterior uteri superficies, atque elatius *E* uteri apicem seu angulum dextrum notat, sursum dextrorsumq; magis quam sinister, quod hic masculus utero geratur, exporrectum.
F Primum extimum ue foetus inuolucrum.
G, G Secundum foetus inuolucrum hic quoq; magna ex parte uisitur.
H Uteri ceruicis pars, cui in altero latere uenam & arteriam adnatam reliquimus, quae in humiliorem uteri fundi sedem potissimum dispensatur.
I Dexter uteri testis hic quoq; ut ipsius in grauidis situs uideretur, adhuc relictus.

SECUNDA tabula foetus inuolucra illacera ex utero dempta commonstrat.

- K* Extimum foetus inuolucrum.
L, L Secundum foetus inuolucrum: quod quum pellucidum membranae modo sit, in ipso complexu cum tertio inuolucro foetum nonnihil conspici sinit.

TERTIA tabula extimum foetus inuolucru, & secundum longa sectione diuisimus, ac utraque a tertio inuolucro seducta, hic una cum tertio inuolucro adhuc integro expressimus.

- M, M* Tertium intimum ue foetus inuolucrum: quod quia egregie pellucidum est, foetum nonnihil eo situ ostendit, quo is in ipso iacet.
N, N Venarum arteriarumq; series ex primo foetus inuolucro umbilicum petens.
O, P, O, P Secundum foetus inuolucrum: atque *O* & *O* internam ipsius indicat superficiem, *P* uero & *P* externam.
Q, R Primum foetus inuolucrum: atque *Q* externam notat superficiem, *R* autem internam. Vasorum autem per tertium & secundum inuolucrum series, etiam citra notarum opem prompte dignoscitur.

QUARTA tabula foetum omnibus suis tunicis liberum, itaq; iacentem exprimit, quemadmodum in utero magna Naturae prouidentia secus quam Anatomicorum uulgus arbitrat, in omni media figura locatur. Falsissimum nanque est, quod ita conglobatus, aut (ut sic dicam) sphaericus iaceat, ut genibus faciem contingat, itaq; in extrema prorsus figura reperiatur. imò si hunc uerum ipsius situm obseruaueris, nullius prorsus articuli motum magis inuenies medium minus ue laboriosum, atq; is est quem modo singuli obtinent articuli. Caeterum in hac figura *M, M, N, O, P, O, P, & Q, ac R* idem notat quod tertia tabula: nisi quod *M* & *M* internam superficiem insinuant tertij seu intimi inuolucri, *S* autem hic priuatim indicatur uasorum umbilici progressus, qui inter umbilicum & uasorum cum tertio inuolucro connexum habetur, quiq; longo ducitur interuallo, nodis aliquot interdum, aut, ut uerius dicam, uaricosis tuberculis donatus, e quorum numero obstetrices ridicule futuram adhuc proliu copiam praesagiunt, etiam quum hunc progressum (uti interdum fit) collo obductum cernunt: addentes illam quam suscipiunt prolem, suspendio necandam. Eiusmodi nanq; permulta, si unquam alibi mulieres, quum parturientibus adstant, & non nisi magnis precibus nos admittunt in medium, & potissimum apud Italas bene peritas, effutiunt.

QVINTI LIBRI FIGVRARVM, ET IPSARVM
characterum Indicum finis.

HOMINEM NECESSARIO CORRUPTIONI

obnoxium mortalem ue esse: quo autem diutius uiueret augeturq; instrumentis ipsum eguisse multifariam nutritioni famulantibus, ac demum quæ instrumenta nutritioni circa cibos potusq; uersanti priuatim sint extracta. Caput I.



Generationis
nostræ princi-
pia.

VANDO QUIDEM corporis humani generatio nis primordia, & eorum quibus id constituitur materia, hominem fieri immortalem prohibuerunt, rerum autor Deus, ut ille quam diutissime uiuat, neq; aliquando species ipsius deficiat, sed semper immortalis perseueret, sollicitè machinatus est. Sanguis enim mēstruus semenq; genitale generationis nostræ sunt principia: ille ceu materia quædam apta concinnaq; & semini ad quiduis sequax: hoc opificis rationem obtinens. Constat autem horum utrumq; ex iisdem genere elementis, aqua, terra, igni, & aëre, quamuis interim mutuo temperamenti mensura uariant. siquidem in semine plus est igneæ substantiæ atq; aëreæ, in sanguine aqueæ terreæq;. quanquam præpolleat in hoc quoq; & calidum frigidum, & humidum sicco. Eoq; fit, ut non siccus instar pili, aut ossis, sed humidus meritò dicatur. At semen sanguine quidem siccus est, ceterum ipsum etiam humidum fluxileq; sentitur. Atq; ita nobis utrinque ex humida substantia genituræ origo succedit. quam tamen humidam seruari non licebat, si modò ex ea uenæ, arteriæ, nerui, membranæ, ligamenta, cartilagine, ossa, & id genus alia fieri debebant. Ergo mox in generationis initio coniunctum copiosius oportuit elementum, quod siccandi facultate polleret: est uerò id natura quidem maximè ignis, sed tamen & terra. Verum huius plus misceri principijs nō oportebat, si modò hæc humida erant futura. Ignis igitur in utroq; principio tantum admixtum est, quantum non torrens abundè siccat. Ab hoc itaq; primùm cogitur, paulumq; concreuit quod in utero conceptum est: mox siccus redditum, ueluti lineamenta quædam & rudimenta cuiusque membri adipiscitur. Vterius uerò etiam siccescens, non lineamenta rudimenta ue solùm, sed & cuiusq; membri exactam speciem exprimit. Iam uerò in lucem editum, magnitudine proficit, & siccus ualentiusq; tantisper efficitur, donec ad summum pertingat incrementum. Tum uerò & incrementum omne sistitur, ossibus nimirum ipsis per siccitatem non ultra sequacibus, & uasa sanguinis ac spiritus amplissima sunt: cuncta denique membra non solùm robusta euadunt, sed etiam uires suas summas obtinent. Subsequenti autem tempore, omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusque officium minus probè administratur, sed etiam corpus ipsum macilentius graciliusq; quam erat antea, redditur: ac proinde ultra siccatum, non macilentius modò, sed & rugosum euadit. Siccitatis itaq; excessus homini, ut omni genito corpori, corruptelæ interitusq; connata est necessitas. Cui altera accedit, quæ etiam in animalibus precipue obseruatur, totius nimirum substantiæ fluor, ab insito calore excitatus. Quum igitur tota hominis moles in perpetuo fluore sit, quumq; nisi altera similis substantia in defluxæ locum accederet, uniuersa ilico euaporata dissiparetur, summus rerum Opifex non homini duntaxat cæterisq; animalibus, uerum etiam stirpibus insitas quasdam uires deficientes ac desideratum semper appetentes, ab initio statim indidit. Non enim sugere, uesci, bibere, aut respirare à quoquã discimus usquam, sed statim à principio facultates in nobis habemus, quæ hæc omnia citra doctem perficiant: & cibo quicquid siccioris substantiæ effluxit restituimus, potione quicquid humidius, atq; ita ad pristinam commensurationē ambo reducimus. Sic uerò & aëreæ igneæq; substantiæ modum, respiratu arteriarumq; pulsu tuemur. Cæterum quum id quod singulis partibus defluit, tale natura sit, qualis ipsa est particula, nihil autem eorum quæ bibuntur eduntur ue, aut inspirantur, eiusmodi prorsus occurrat, necessum fuit animanti, ea primùm assumere, dein emutare & concoquere, ac quam maximè licet, corpori alendo restituendoq; similia efficere, ac demum recrementa quæ necessariò has emutationes subsequuntur expellere. Atque hac potissimum occasione Natura nutritionis instrumenta in corpore triplicia instituit: quædam prima ratione ad id quod assumitur concipiendum elaborandumq;, & in totum corpus deferendum. alia secunda, quæ excrementorum sunt receptacula. Reliquas partes ratione tertia, quæ horum excretionibus mittendis, & ne intempestiue profluant cohibendis, suoq; tempore

Corruptelæ
homini connata
necessitates.
Nutritionis
necessitas.

Instrumento
rū triplicium
nutritioni subser-
uientium ne-
cessitas.

pore expellendis subseruiant. Porrò partes aëri assumendo, conficiendo, deferendo, ipsius que recrementis ex cōcoctione succedentibus expellendis, à Natura conditas, sequens liber persequetur, cordi omnibusq; respirationis organis dedicandus. Præsens uerò cibi ac potus instrumentis, & demum generationi subministrantibus organis propter sedis uiciniam nexum que consecrabitur. Ex ore itaq; per stomachum cibus & potus in^a uentriculum, uelut in communem quandam officinam seu promptuarium assumitur, quod omnia quæ amplectitur cogit, confundit, & concoquit, concoctum in^b intestina protrudit, ex quibus quod cocti illius succi melius est, sanguiniq; efficiendo conueniēs, unà cum humidiori huius concoctionis recremento^c uenæ portæ rami exugunt, id iecoris cauo deferentes. Recrementum uerò siccus ac suctioni ineptum, intestina postmodum depellunt, & hominis arbitrato laxante se^d orbiculari podicis musculo, ac^e abdominis musculis, simul accedente etiam^f septi transuersi officio compressis, excernunt. Ipsum autem iecur postquam id nutrimentum admisit, ei extremū adijcit ornamentum ad sanguinis perfecti generationem necessariū, duplici (quod in omni sit concoctione) recremento id expurgans: flaua scilicet bile, ceu recremento tenuiori & leuiori: deinde atro bilioso succo ceu lutofo, terrestri & crassiori. Illud quidem in bilis uesiculæ^g meatu transmissum, in ipsam uesiculam refluit, à qua rursus in intestina excretum cum durioribus facibus egeritur. At hoc, uti arbitramur, per portæ uenæ^h ramos adⁱ lienis nutritionem transmittitur: quicquid uerò is conficere ac in familiare nutrimentum sibi adaptare nequit, id in uentriculum eructat, postmodum cum intestinorum excrementis subducendum. Ergo qui in iecore ad hominis nutritionem præparatur succus, illa duo recrementa deponens, & eam iecoris substantiæ insiti caloris beneficio concoctionem acquirens, ruber iam ac purus ex^k arctissimis maximeq; frequentibus uenæ portæ ramis per iecoris substantiam diffusis, ad gibbam iecoris partem in cauæ uenæ^l propagines similiter innumeras angustissimasq; conscendit, tenui adhuc aquosoq; recremento, quod ex intestinis cum optima succi in uentriculo confecti portione exugebatur, concommitatus, atq; eius aquosi recrementi tanquam uehiculari cuiusdam auxilio arctissimas uias minori opera perreptans. Quum uerò sanguis eos superauit angiportus, ^m renes recrementum hoc ad se sedulo alliciunt, illoq; sanguinem purgant, id perⁿ urinarios meatus in uesicam huius conceptaculum depellentes, à qua rursus opportuno tempore relaxato uesicæ ceruicis^o musculo, excrementum illud seu urina è corpore redditur. Sanguis autem per uenam cauam copiosissima ramorum serie propagatam, ad omnes corporis partes deducitur, & quod in ipso singulis partibus familiare ac idoneum est, illæ sibi attrahunt, assimilant, & apponunt: duplexq; quod in illa concoctione consurgit recrementum, à se per proprios ductus excludunt. Ista quidem obiter de cibi potusq; instrumentis dicta sufficiant. Quanta uerò sapientia hæc rerum Opifex creauerit, eo ordine persequar, quo ipsa nutritioni famulari commemoratum est. A peritoneo autem opportunè sermonis statuatur initium, quod id horum organorum commune sit inuolucrum.

DE PERITONÆO. Caput II.

PERITONÆO ostendendo pleraq; conducunt figuræ, & potissimum prima, id integrū anteriore externaq; facie proponens. Secunda autem anteriorem ipsius partem interiori sede ostendit. Posteriores uerò illæ figuræ imprimis intus referunt, quæ ex ipso plura organa gerunt dissecta, ut ex integrioribus figuris posteriores.



ATINI peritonæi (quod abdominis membranam aliqui nuncupant) uocem à Græcis mutuatur. illis nanq; quod circumtendatur *περιτόναιον*, *περιτόναιον*, *περιτόνιον* appellatur. Neque ita absolutè tantum, uerum à nonnullis hæc tota appellatio inditur, *περιτόναιον ὕμω*, nomine uidelicet à substantia ipsius ducto. à nonnullis hæc *περιτόναιον χιτῶν*, sunt etiam qui *περιτόναιον σκέπασμα* ipsum pari ratione appellent, ab usu scilicet quo inuolucrum modo omnibus propemodum quæ hoc quinto libro prosequemur, organis obducitur. Arabes communi membranarum nomine ziphac & zimphac & chamel peculiariter id nominant. Verum in illorum interpretum libris, & apud nostræ ætatis manuales medicos, quum de abdomine suendo, & aqua in ijs qui hydrope laborant educenda, & ramicum curationibus pertractant, nomen occurrit myriades: panniculus rotundus, alberiteren, alberitiron. Deinde absque articulo al, quem suis nominibus Arabes secundum loci exigentiam non mutato nominis significato præponunt, Beriteron, Berbetinen, eius que generis

Quid præsen-
ti libro docen-
dum, ac partiū
nutritioni ex
cibo potusq; su-
ctæ functionē
breuis enume-
ratio.

*Peritonæum
in similarium
partium nume-
ro.*

*Peritonæi ma-
gnitudo & si-
tus.*

*Connexus or-
tus.*

Forma.

*Ipsius super-
ficies cuius-
modi.*

*Processus a
peritonæo e-
nati.*

*Peritonæū nō
undiq̃ pariter
crassum.*

*Quibus parti-
bus peritonæū
peruium sit.*

*Vasa & ner-
ui quibus peri-
tonæum impli-
catur.*

permulta. Peritonæum itaq̃ ex simplicium & primorum corporum, quæ similia etiam nun-
cupare solemus, numero censetur. Membrana enim tenuis substantiæ est, nullis omnino fibris:
secus ac uenarum arteriarumq̃ tunica, aut tenues ac membranæ musculorum eneruationes
intertexta. estq̃ inter cæteras corporis simplices membranas amplissima & maxima. Carnosa
nanq̃ nobis uocatur mēbrana, & si amplior ipso peritonæo sit, ac uniuerso corpori cutis modo
obducatur, tamen accuratè simplex non est, quū quibusdā carnis donetur fibris, & musculosa
in ipso collo & fronte efficiatur. Porrò peritonæū uniuersam cavitatē, quæ sub septo transuer-
so, ad os usq̃ coccygis, totius corporis facillè capacissima habetur, succingit, ac omnibus quæ illa
continent organa obtenditur, eaq̃ conceptaculi ritu amplectitur: uentriculū scilicet, intestina,
omentū, mesenterium, iecur, lienē, renes, utramq̃ uesicā, uterum, & uasa demū quæcunq̃ inter se-
ptum transuersum & crura sitū habent. Atq̃ hæc quidē peritonæū interna ipsius sede cōtinet,
externa uerò undecunq̃ musculis cōnascitur. Ex ligamētis enim, quæ lumborū uertebras cōne-
ctunt, & quæ sacrum os iliū ossibus cōmittunt, peritonæū utrinq̃ principiū ducit, mēbranæ latæ
modo ab illis enascens. Mox ab utroq̃ latere ascendens, lumborū musculis, & ijs qui internā
ossis iliū sedem occupātes, femorū præsumt motibus, obducitur: & fibris quibus inuicē muscu-
los cōmitti uidemus, illis adhærescit. At ubi musculos, qui ternario numero utrinq̃ cōplectun-
tur, peritonæū superauit, internæ transuersorū abdominis musculorū, & uniuersæ inferiori
septi transuersi sedi subtendit, pertinacissimè ipsis, potissimum uerò neruosis illorū tenuitatibus
connatū, & quodāmodo propriæ musculorū membranæ uicē gerens. Refert itaq̃ peritonæū
oblongum oui instar utrē, seu spherā aliquā, cuius longitudo pertinet à septo transuerso ad hu-
millimā amplitudinis sedem, quā sacrum os cum ossibus ipsius lateribus commissis efformat. &
quemadmodū utres ex tergoribus parati, exterius hirti asperiq̃, intus plani ac læues admodum
esse solēt: ita quoq̃ peritonæū externa parte, ut aptius musculis undiquaq̃ hæreat, asperū fibro-
sumq̃ ad eum prorsus modū uisit, quo membranas mutuò cōnatas, inæquales esse dicimus. In-
terna autē peritonæi sedes, uiscera quæ cōplectitur spectās, impense leuis & terfa, ac ueluti aqueo
humore oblita, secātibus occurrit, adipis interdū copiā sibi (ut in suis quasi perpetuò) adna-
tam obtinens. Verum hunc nō omni ex parte æque copiosum reperies. Anterior nanq̃ supe-
rior ue internæ huius peritonæi sedis regio qua uentriculū contingit, ac dein posterior quoq̃
regio ad lumbos & sacrum os pertinēs, copiosiori abundāt adipe, q̃ sedis eius interne latera,
parsq̃ umbilico contermina. Præterea interna hæc peritonæi sedes portiones quasdā seu pro-
cessus ijs quæ cōtinet organa porrigit, illisq̃ processibus ea organa inuicē colligat, et sibi quoq̃
adnectit, ac singulis præter peculiare ipsorū tunicas (si modò quas habeant) aliud etiā inuolu-
crum obducit. Atq̃ hinc etiā fit, ut ijs organa quæ duas peculiare sortiuntur tunicas, quemad-
modum uentriculus & intestina, ternæ attribuantur: quæ autem unicā duntaxat peculiarē tu-
nicam exigunt, e quorum numero sunt uterus & utraq̃ uesica, binas obtineant. Verum orga-
na nulla peculiari donata tunica, ut iecur & lien, eā quæ ipsis obducitur à peritonæo adipiscun-
tur. Quoniam pacto autem, quibusq̃ ex locis hosce processus in eiusmodi tunicas degenerātes,
peritonæū educat, & quo modo illi inuicem crassitie differāt, in cuiusq̃ organi enarratione op-
portunius quàm hinc recensetur. Quemadmodū uerò interna peritonæi sedes ab externā ua-
riat, sic neq̃ omni ex parte peritonæū sibi crassitie & robore correspondet. Quæ enim ex uerte-
brarū ligamentis pronascitur, crassissimū est: deinde quæ lumborū incumbit musculis, crassum
quoq̃ cernit. Anteriori uerò parte, quæ à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubē usq̃ per-
tinet, peritonæū tenuius graciliusq̃ & inualidius reperitur, q̃ in lateribus & lumborū regione.
Ad hæc uiris peritonæū crassius ualidiusq̃ est iuxta mucronatā cartilaginē, quàm iuxta pubis
sedem: in mulieribus uerò ad pubem crassius ualidiusq̃: neq̃ his, uti uiris, peritonæū hinc ad in-
guina utrobicq̃ seminarijs uasis uia præbent. Est enim peritonæū peculiariter in uiris inibi fo-
raminibus, ut ita dicam, peruium, & tunicam utriq̃ testi priuatim offert, quo is & ipsius semina-
ria uasa tutò obuoluuntur, ac dein in uiris pariter atq̃ in mulieribus, peritonæū quæ septo sub-
ducitur, tria cum septo quoque communia exigit foramina: primum quo uenam cauam, se-
cundum quo stomachum cum ipsi coherentibus neruis, tertium quo magnam arteriam uena
coniuge experti, & aliquot sexti paris neruorum cerebri ramis concomitatam deducit. Præte-
rea umbilici quoque uasorum gratia, & in mulieribus finis uteri cervicis, in uiro autem cer-
uicis uesicæ, in utrisque uerò podicis nomine, peritonæum perforatur, ac demum multis
uenis, arterijs & neruis crus petentibus, deinde illis quæ maxima portione in rectos abdo-
minis musculos sursum tendunt, & alijs nonnullis quæ dorsi & abdominis musculis, & cu-
ti à uasis lumborum uertebris incumbentibus, peritonæum iter præbet, ab iisdem uasis surcu-
los sibi assumens. Quæ enim septo subductum est, septi uasis ad nutritionem utitur, in la-
teribus

a fi. ca. ill.
3 inserta, et
fi. ca. 2.
b in abdo-
mine 3, 4,
5, 6, muscu-
tab.
c 3 muscu-
tab. r.
d 3 tab. A.
e 7 tab. a.
multo sub
y, aut pas-
sim in ino-
grioribus
li. fig.
f 7 ta. 1, u.
dcin x.
g 6 tabu.
h que 7 ta.
spectatur,
ac a insi-
gnitur.
i fi. ultima
rum 2 B.
cum o.
k 2 fi. B, B,
quibus mo-
te sectione
committit-
batur F, G,
supra P.
l ad latera
g, h. 22 fi. et
P, Q. fi. 25.
m 24 fi. C,
D.
n 2 fi. C, D.
o Vide 9 fi.
et 17.
p Specta E,
E, H, H. 17
fig.
q Educitur
ab F, G. 18
fig. dem B,
B, C, C. 16.
fig. 19.
r fi. G. H.
et 22 fig.
s, s, trans-
mittit 7, et
educit 2, et
20 fig. u.
s 7 muscu-
s, 7, q.
t 2 fig. M.
30 fi. S.
u 25 fig. x.
x 1, 2, 3 fig.
ca. 49 libri
2 G.
y 1, 2 fig. o.
ius. ca. M.
z In ulti. fi.
lib. 3. et ult.
fig. lib. 4.
a 1 fig. 1. 35
fig. 1. aut 6
mus. tab. c.
b fi. ca. 6 li.
3, 5, 7, fi. ca.
12 p. 14.

teribus autem ab ijs ramis qui in lumborum regione geniculatim à magna uena & arteria porriguntur, plurimas soboles quoque peritonæum mutuatur. In anteriori uerò regione, elatius quidem qua mucronatam spectat cartilagine, à uasis sub pectoris osse ad rectos abdominis musculos excurrentibus peritonæum soboles exigit: in humiliori autem regione ad pubis ossa consistente propagines asciscit ab illis uasis, quæ sursum sub rectis exporriguntur musculis. Cæterum quod peritonæo medici tactus sensum adimant, ridendum potius quàm refellendum est, quum unà cum illis quæ transmittit organis, frequentibus quoq; neruis uiam offerat, à quibus surculos etiam adipiscitur, idq; ab ijs potissimum qui abdominis exporriguntur musculis. Porrò peritonæi usus complures enumerari solent. primus quidem, ut ea omnia quæ diximus contegat: ex quibus quum pleraque tendi remittiq; debeant, peritonæum quo aptius fieri id possit, nerueum & membraneum meritò factum cernitur. ualidum quidem, ut opportunè contineret: sed tenue, quo minùs pondere molestum esset. Secundus, quo omnia quæ amplectitur ab extrinsecus ambientibus musculis interstringuit, ne quando tenuium intestinorum aliqua in media ipsorum spacia incidant, & dum musculos premunt, aut ab illis premuntur, arctant aut arctantur, dolore afficiunt aut afficiuntur, intestina motum eorum impediunt, ac recrementa intestinibus complexa difficillimè deorsum transmittantur: id quod nunc ne utiquam accidit. Verùm hæc intestina inter media musculorū abdominis spacia, dum integri adhuc essent transuersi, minimè interciderent, & si Galenus id præcipuè innuit, quando quidem hi uelut aliterum peritonæum ijs quibus id obducitur inuolucrum constituunt, omniq; ex parte ab alijs abdominis musculis hæc organa interstringunt, neque ex situ etiam inter lumborum musculos & transuersos fortassis inuolui intestina potuissent. Sunt autem illi lumborum musculi dorsum mouentium nonus, & femoris motus autorum sextus. Tertium peritonæi usum Galenus cum cæteris Anatomes professoribus recenset, quo id sicci alimenti superflua septi transuersi accedente opera propellit: quasi uerò idem officium quod abdominis musculos unà cum septo ad faciæ excretionem subire suo loco cōmemorauimus, peritonæum præstet, & arbitrario motu quo se contrahat distendatq; præditum sit, ac non transuersorum abdominis musculorum, & septi quibus connascitur motum necessariò sequatur. Dein ac si peritonæum magis quàm cutis, aut abdominis adeps, ipsumq; adeò omentum illi usui subseruiat. Miror membranam costas succingentem, quæ peritonæo substantia usu & conformatione penitus correspondet, in thoracem arctantium organorum numero habitam non fuisse, quum illa nō minus thoraci comprimendo, quàm hoc faciæ eijciendis auxiliari deberet. His quartus peritonæi usus succedit, omnibus quæ peritonæum ambiunt, & potissimum abdominis musculis cōmunis, quo is ceu inuolucrum exactè circumdatum, stringat omnia, ne leui occasione laxior uentriculus, aut intestina etiam flatibus infestentur. At postremus præcipuusq; peritonæi usus est, quo omnia quibus circumdatū est, ab eo cōtinentur, & ueluti à pelle quadam singula seorsum tecta, turò colligantur, suisq; sedibus fixa hærent.

Peritonæi usus.

Lib. 4. de V. su parte.

DE STOMACHO ET VENTRICULO.

Caput III.

Stomachum perinde ac uentriculum præcipuè ostendunt decima quarta & decima quinta figuræ, quibus in uentriculo commonstrando succedit decima sexta, quæ hunc inuersum refert, & decima septima ipsius tunicas uti fieri licuit semel exprimit. Dein uentriculum sua sede repositum proponit secunda figura simul cum sexta. Sua sede autem nonnihil motum refert duodecima. Postremò ipsius elatius orificium non ineleganter in uigesima figura spectatur, quod Græcorum nonnulli λαστήριον, ut & Latini scriptores plerique cor & præcordium, permulti etiam (ut Galenus) stomachum appellant. Arabum interpretes Alfud, Alphæd, Fued, Alfaud, Fubed. Inferius uerò Polux, Hasoher.



VENTRICULVS, qui promptuarij modo esculenta poculentaq; suscipere, eaq; primo labore (sine quo hæc inutilia & homini ad nihil cōmoda essent) concoquere ac mutare debuit, non statim post os collocatus est, quanquam is situs ad cibi dentibus attriti assumptionem fuisset aptior. Thoracem nanque & illo contenta uiscera rerum Opifex uentriculo prælocauit, ut is in demissioribus sedibus excrementorum haberet effluxus, illaq; (ut in ædificijs architecti ab oculis & naribus dominorum ea quæ protuentia necessariò tetri essent aliquid habitura, auertunt) procul à sensibus, qui in capite se-

Ventriculus sub thorace locatus.

dem exigunt, deducerentur. Thoracem uerò aërem per os & narium foramina attracturum, ac rursus eundem emissurum, ut uocis respirationisq; autor efficeretur, elatius collocari de-
 cuit. Porrò ne nimiū uentriculus ab ore remoueretur, quumq; longus ab ipso ad recremento-
 rum expulsionis locum ductus sit, Natura illum quàm potuit proximè ori subiunxit. Sub tho-
 race enim & septo transuerso inter iecur & lienem medius statim^b ponitur, uiamq; ab ore ci-
 bos ad se deferentē obtinet, quæ ab usu *οισοφάγος* nuncupatur, & etiam illis communi nomine
 quo omnem angustum ductum, seu collum isthmi modo alicui ampliori uentri præpositū uo-
 citant, *σώμαχος* dicitur: qua uoce nos Cellum & Ciceronem imitati potius utemur, quàm gula
 alijs (uti & meri & uescet) non infrequenti dictione. Hæc nanque uia linguam ad radicem eius
 hærens excipit, ac utraque parte tonsillas attingens, à palati extremo principium sortitur, ac
 agitatione motibusq; linguæ depulsum, & quasi detrusum cibum suscipiens, illum deorsum,
 pellit partibus ipsius quæ sunt infra id quod deuoratur dilatatis, quæ uerò supra contractis.
 Neruosa enim membrana ue, ut facile dilatetur, prompteq; rursus cōcidat, effecta est: & fibris
 suo muneri famulantibus intertextitur, ac reliquorum denique corporis ductuum modo teres
 & intus accuratè læuis lubricaq; cernitur.^d Duabus etenim proprijs cōstat tunicis, substantia,
 duritie, crassitie, & fibrarum specie uariantibus. Harum interior quidem neruosior, durior, &
 paulo tenuior, ac totius oris palatiq; tunica continua est, & rectis fibris manuū instar ciborum
 attractioni subseruientibus donatur. Exterior uerò crassior, mollior, propemodumq; muscu-
 lorum natura participans carnosior uisitur, unde etiam cibi conficiendi uim plerique ipsi ascri-
 bunt: dein transuersis duntaxat circularibus ue abundat fibris, quæ ciborum interiores tunica
 fibræ beneficio attractorū scilicet, magisq; subitam in uentriculum propulsionē efficiant:
 & si quando uomentibus uentriculus quippiā protrudit, ad eius educationē summo opere etiam
 auxiliantur. Duabus his solū fibrarum differentijs stomachus indiguit, ut rectæ quidem at-
 traherent, transuersæ autem arctantes pellerēt. Nam si obliquæ accessissent, cibus in stomacho
 longiori mora hæreret: quod nō solū homini inutilli, sed & importunum ac molestum esset,
 quando stomachus cibo plenus, ita prolixius distēderetur, asperæq; arteriæ ac pulmonibus &
 magnæ itidem arteriæ, dum ea dilatantur, diutius obstaculo esset. Natura enim stomachū tutò,
 & illa quæ modò comprehendendi organa minùs molestaturū, per ceruicem thoracemq; ad uen-
 triculum porrigens, exactè supra mediam ceruicis uertebrae & quatuor primarum thora-
 cis sedem, in neutram partem inclinantem asperæq; arteriæ subtensum^e deducit. Ad principiū
 uerò quintæ thoracis uertebrae^f stomachus ut ampliori magnæ arteriæ trunco secundū dor-
 si uertebrae inferiora corporis petenti cedat, nō nihil in dextrum latus à media uertebrae re-
 gione abscedit, arteriæ illi proximus ad nonā usque thoracis uertebrae repens:^g quò simulatq;
 pertingit, ab eius uertebrae eleuatus corpore arteriam elatius (ne illa fortè à deuorato cibo com-
 primatur) ascendit, neruosam septi transuersi partem uersus sinistrum latus^h penetrans. Non
 equidem ut cum Hippocrate Galenus censuit, arteriæ hīc ad inferiora corporis prolabentis
 foramine utens, uerū peculiari, quod ipsi neruisq; cum illo descenditibus (dum septum de-
 scriberetur) præparatum esse diximus. Neque uerò administratio tantū, sed & ratio quoque
 id commonstrabit, dummodoⁱ superius uentriculi orificium ad amussim perpendere non gra-
 ueris. Hoc nanq; uentriculi mediæ sedi quod ad^m prioraⁿ posterioraq; spectat, neque inferius
 quàm ipsius elatior^o pars habetur, inferi debuit: quod certè accideret, si communi arteriæ fora-
 mini stomachus in septo ueretur, atque (ut Galenus reliquusq; Anatomicorū chorus asserit)
 ad duodecimam usque thoracis uertebrae stomachus arteriæ iunctus uertebrae neceretur, ac
 iuxta primam demum lumborū uertebrae, aut paulò infra, arteriam conscendere, & à dextris
 in sinistrum prorepere inciperet. Quandoquidem arteriæ per septum transitus, qui supra un-
 decimam thoracis uertebrae, uel Galeni suffragio, consistit, sub posteriori uentriculi sede in
 medio ipsius elatioris partis & dimissioris occurrit, non autem ubi elatissima ipsius est regio.
 Deinde si ad duodecimam usque thoracis uertebrae, secundum arteriæ latus stomachus descen-
 deret ex thorace, & sub septo primū arteriam à dorso eleuatus conscenderet, sursumq; denuò
 ad uentriculi superius orificium necessariò conuolueretur, pluresq; quàm nunc habeat, anfra-
 ctus, eosq; acutis præditos angulis adipisceretur. Ad nonā itaq; thoracis uertebrae initium sto-
 machus uertebrae corporibus interuentu membranarū ex ligamentis uertebrae origi-
 nem ducentium cōmittitur, atque ab illis membranulis tertiam tunicam nullis omnino fibris
 interstinctam, & uelut secundæ ipsius inuolucrum possidet. Quod uerò iuxta quintam thora-
 cis uertebrae ad dextra potius arteriæ quàm ad sinistra stomachus explicetur, in causa ipsa est
 arteria, non adeò tyranni ritu (quamuis multò sit dignior) dorso mediam sedem occupans, sed
 quum à sinistro cordis sinu ortum ducat, & per reliquum ipsius ductum uersus sinistrum ca-
 uæ

Via cibum po-
 tumq; uentricu-
 lo deferētis no-
 mine.
 Initium.

Substantia et
 forma actuni-
 ca.

Incessus.

Lib. 5. de Ad-
 mi. sectio.
 Stomachum
 non eodē cum
 arteria ma-
 gna uti fora-
 mine septi.

Lib. 4. de V.
 su part.

a 7 musc.
 tab. a.
 b 6 fig. F. F
 inter D, D
 G.

c 6 musc. ta.
 F. 14. fi. E.
 E.

d Harū de-
 lineationē
 pete ex si-
 militudine
 9 aut 17 fi-
 gurarum.

e 7 musc. ta.
 E super B
 ac sub F.
 f 15, 14. fig.
 ab A ad B.
 g eius. fi. B
 uersus C, ut
 cederet. fi.
 ca. 12 lib. 3.
 h 15, 14. fig.
 C uersus D,
 G.

i 7 musc.
 tab. r.
 li 7 musc.
 tab. q.
 l 12 fig. R.
 20 F.
 m 14 fig. L.
 L.

n 15 fig. M.
 O, N.
 o 14, 15. fi. l.
 p ad regio-
 nem O. 15. fi.
 non ad G
 aut L.

q Spectato
 tam 10 fig.
 lib. 6. ac O,
 P, 6 fig.

uæ